auferre malum de medio eius qui in delictu simile corrüit. Aut qua libertate corripit peccantem cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse que corripit. Perdit. n. auctoritatem docendi cuius ope sermo destruitur. Ad illud tulii. Caput artis est docere quod facias. Venerationi mihi semper fuit non verbosa rusticitas. sed sancta simplicitas. Qui. n. in sermone imitari se dicat apostolos prius imitetur virtutes et vitam illorum, in quibus loquendi simplicitatem excusabat sancti nominis magnitudo. Non. n. facit ecclesiastica dignitas xpianum nec est facile stare loco pauli tenere gradum Petri iam cum xpo regnantium ne forte veniat Angelus qui scindat vellum templi tui qui candelabrum tuum de loco moveat. Igitur edificaturus turrim future operis sumptus computa. Sicuti non ierosolimis fuisse sed ierosolimis bene vixisse laudandum est. Prius ergo faciamus et sic doceamus ne doctrine auctoritas callescens opibus destruatur. Nam de eloquentibus et pronuntiantibus plenus est

Ad oceanum de vestibus unius uxoris virum.

Ad pamachium de optima genere interpretandi.

Ad eliodorum.

Ad paulinum de institutione monachi.

Ad fabiolam de veste sacerdotali.

Sup michaeam.

orbis. loquuntur que nesciunt, docent que
non didicerunt. Magistri fiunt cum disci
Ad rusticum mo nachum :~
puli ante non fuerint. Sed nec ad scribendum
ad prosilias et levi ducatis in samia multo
quam tempore disce quod doceas. Et sic non teme
ritate quorundam doceas quod nescias sed
Ad pammachium de dormitione pa ulinae sup parabolas.
ante disce quod docturus es. Nam qui sa
pientium verba crebro audire et intelligere
negligit vitam suam gubernare non novit
Quanto magis nec aliorum regiminum prefi
Ad rusticum nar bonensem epm :~
ciendus est. Igitur servum servus esse te
convenit atque ita in omnibus perdocere ut quicumque
quam audiunt conversatione tua magis quam
Ad terentianum de ve ra circumcisione super ysayam :~
sermone proficiant. Quoniam quidem non in
sermone est regnum dei. sed in virtute. Sed
nec statim multitudinis acquiescamus iu
dicio sed electi in principatum noscamus men
suram nostram et humiliemur sub potenti ma
Ad titum :~
nu dei. Revera nil fedius preceptore furio
so qui cum debeat esse mansuetus et eru
ditus extra torvo vultu trementibus labiis
rugata fronte effrenatis conviciis facie inter
pallorem ruboremque variata clamore p

strepit ꝛ errantes non tam ad bonum retra
hit quam ad malum sentētia sua precipitat
Licet nō qui aliquando irascitur iracundus
est. sed ille qui crebro hac passione superatur
Sunt quoque multi docentes ea que nō oportet
turpis lucri gratia qui totas domos subuer
tunt. ꝛ putant questum esse pietatem. Quod
quoque plerumque accidit ut habeamus pugnas
legis nō ob defensionem ueritatis sed ob iactan
tiam glorie. Dum apud audientes docti uo
lumus extimari. Festino igitur gradu pergamus
ad magistros ꝛ eorum teramus limina ꝛ pre
cepta uirtutum ac misteria scripturarum uin
cula putemus etiam.

De xii mansionibus filiorum israel.

DE SOLITUDINE.

Ad paulinum monachum.

PERGERA ut simpliciter motum
mentis fatear considerans ꝛ propo
situm tuum ꝛ ardorem qui seculo
renuntiasti differentias in locis ar
bitror. Si urbibus ꝛ frequentia urbium de
relicta in angulo habites ꝛ christum in solitu
dine queras. ꝛ ores solus in monte cum ihesu
sanctorumque locorum tantum uicinitatibus perfru
eris. i. ut ꝛ urbe careas ꝛ propositum monachi

non amictas loquor nō de epis non de presbiteris non de clicis quorum alia causa ē et alia monachi. Clerici oues pascunt ego pascor. Sed monacho loquor qui pretium possessionum suarum ad pedes apostolorum posuit docens pecuniam esse calcandā. ut humiliter et secreto uictitans. semper contempnat quod semel contempserit. Nam summe stultie est renuntiare seculo patriam dimittere urbes deserere. Monachum profiteri et inter maiores populos publice uiuere. Quia igitur frater me interrogas per quam uiam incedere debeas. reuelata tecum facie loquar. Si offitium uis exercere presbiteri si epatus te uel opus uel onus forte delectat uiue in urbibus et castellis et aliorum salutem fac lucrum anime tue. Si autem cupis esse quod diceris. Monachus id ē solus quid facis in urbibus? Que utique nō sunt solorum habitacula sed multorum. Habet unumquodque propositum principes suos et Romani duces imitentur. Kamillos. Fabricios. Regulos. Scipiones. Philosophi proponant sibi pitagoram. Socratem plato

Ad eundem

nem. Aristotilem. Poete emulentur. Home
rum. Virgilium. Menandrum. Terentium.
historici. Tuchititem. Salustium. herodoti
Liuium. Oratores lysiam. Grachos. Demos
tenem. Tullium. Et ut ad nr̄a ueniamus. E
piscopi presbiti habeant ad exemplum a
postolor᷑ et apostolicos uiros quor᷑ honorē
possidentes hr̄e merentur et meritum. Nos
autem hēm⁹ propositi nr̄i principes. Paulum
Antonium. Iullianū. hilarionem. Macha
rium. Et ut ad scripturar᷑ auctoritatem redea
am. Noster princeps. helyseus. helias. nostri
duces filii prophetar᷑ qui habitant magris
et solitudine et faciebant sibi tabernacula pro
pe fluenta iordanis. De hiis sunt et illi fi
lii Iechab qui uinum et sciceram nō bibebāt
in tentoriis. Qui dei per ieremiam uoce lau
dantur et promittitur eis, quod nō deficiat
de stirpe eor᷑ uir stans coram dn̄o. Interpret
te igitur uocabulum monachi. hoc est nomen
tuum. Quid facis in turba qui solus es nō. Ad eliodor᷑ monachum
t eadem causa est que ceteris quodque nemo
propheta in patria sua honorem ht. Nam

ubi honor non est ibi contemptus ē ubi contemp
tus ibi frequenter iniuria. Sibi & indigna
tio. Ubi indignatio ibi quies nulla. Ubi qui
es nō est. Ibi mens sepe a proposito deducit.
Ubi autem per inquietudinē aliquid aufer
tur studio minus fit ab eo, quod tollitur.
& ubi minus, minus ē perfectum nō potest
dici. Ex hac supputatione illa sūma nascit
Monachum perfectum in patria sua esse
nō posse. Perfectum autem esse nolle delin
quere est. Ubi autem ego nunc sum nō so
lum quid agatur in patria, sed an ipā patria
psistat ignoro, imo nec michi conceditur
unius angulus heremi. Quotidie expol
cor fidem quasi sine fide renatus sim.

De laudibus & utilitate heremi.

Ad eliodorum monachum.

Quid igitur agis tu frater in seculo
qui maior es in mundo. Paup
tatem times. beatos pauperes
xp̄s appellat; labore terreris, sed
nemo athleta sine sudoribus coronabitur.
De cibo cogitas, sed fides famē nō patitur.
Sup nudam metuis humū ossa ieiuniis

menbris colligere. sed dominus tecum ia
cet. Squalidi capitis horret inculta cesa
ries, sed caput tuum xpi est. Infinita he
remi uastitas terreret, sed tu paradisum
mente deambula quotienscumque illuc men
te conscenderis totiens in heremo non eris
O desertum xpi floribus uernans. O solitu
do in qua illi nascuntur lapides de quibus
in Apoc ciuitas magni regis extruitur
O heremus familiari deo gaudens et cetera.
Atque etiam et illud apostoli. Non sunt
condigne passiones huius temporis ad futu
ram gloriam que reuelabitur in nobis.
Cur. N. timido animo xpianus es. Filius
hominis non habet ubi caput reclinet, et tu am
plas porticus et ingentia tectorum spatia
metiris hereditatem spectans seculi co
heres xpi esse non poteris. Mutos amat
heremus. Corpus assuetum tunica lorice
onus non fert. Caput opertum linteo gale
am recusat. Mollem ocio manum durus
exasperat capillus. Sed cum inquis pergis Contra uigilantium
ad heremum incedit ut te non audiam

Sup ieremiam
Ad presidium

non invideam ut tuo furore non movear ut tua
bella nō patiar nec me capiat oculus meretri-
cis. ne forma pulcherrima ad illicitos ducat
amplexus. Respondebis hoc nō est pugnare
sed fugere, insta in acie adversariis arma-
tus obsiste ut postquam viceris coroneris. Fate-
or imbecillitatem meam. nolo spe pugnare
victorie ne perdam aliquando victoriam, si fu-
gero gladium devitavi. si stetero aut vin-
cendum mihi est aut cadendum. Quid autem
necesse est certa omittere et incerta sectari.
Aut scuto aut pedibus mors vitanda est. Tu
qui pugnas et superari potes et vincere. Ego cum
fugero non vincor et in eo quod fugio, sed ideo
fugio ne vincar. Nulla securitas est vicino ser-
pente dormire potest fieri ut me nō mordeat.
Fuga enim nō infidelitatis sed prudentie
inditium est. ne frustra nos offeramus peri-
culis. Sed nuper Egypti deserta vidisti intui-
tus es angelicam familiam. Quanti tibi flores
sunt. Quanta spiritualibus gemmis prata ver-
nantia. Vidisti serta quibus dominus coro-
natur. Ille tibi in pectore ignis exestuet. Illa quo

tione cogita. Tracta conscientiam Et quasi quodam
carcere tentus exclama heu me quia prolon
gata est mihi peregrinatio mea. Et in paradisum
mente transcendentes totiens in terra non eris, quo- nt.
tiens terrena desperes. Eadem nobis certe cum
hiis qui habitant per deserta conditio est. Iis-
dem oculi totidem et manus hiisdem infir-
mitatibus et virtutibus subiacemus. Si te aque
potus vexat quanti nobiles non dicam vina
nesciunt sed carnes ignorant et infusso tan-
tum legumine substentantur. Si balnearum
delavacra solicitant quanti principes civitatum
sive ob culpam propriam sive ob invidiam in
sulas deportati sunt sine etiam premio future
que mercede absque balneis perseverant. Ne-
mo id necessitate pati non potest quod pro
deo pati voluntate detrectat. Habebis cellu
lam que te solum capiet immo non eris solus
Angelica te tecum turba versabitur tot so
cii quot sancti, leges evangelium. Fabulabi
tur tecum ihesus. Replicabis apostolos vel pro
phetas. Numquidnam talem alium poteris
tunc sermonibus habere consortem. Terra sumus

et cinis et per omnia momenta de nra salute suspensi continuo in pulverem dissolvendi. Quod retractamus facere de necessitate virtutem Certe quandoque moriendum est. Quam cito nimium dies derelinquemus angustias. Et si forte ob continentiam quod tamen raro accidit dolere et stomachum estuare febribus Accepimus perpetue vite ingressum ianuam morbum putemus. Quanti .N. in mediis opibus et inter infulas consulatus repentina morte subtracti sunt. Quid ergo delectamus urbium frequentiam qui de singularitate censemur. Michi .N. oppidum carcer et solitudo paradisus est. Secularium quoque maxime potentum consortia devita. Quid tibi necesse est illa sepius videre quorum contemptu monachus esse cepisti. Nam monachum solitudo faciat non publicum.

Ad rusticum monachum.

Ad paulinum de institutione clerici uel monachi.

Ad oceanum de vita clerici.

Ad rusticum monachum.

De periculo vite solitarie.



Monachi et nunc mores discutimus qui iugum christi collo suo imposuint primumque tractandum est utrum solus an cum aliis in monasterio vivere debeas. Michi placet

ut habeas sanctorum contubernium nec absque
doctore ingrediaris viam quam numquam ingre
ssus es statimque t(ibi) in partem alteram decli
nandum sit et errori pateas plusque minus
ambules quam necesse est et currens lasseris
moramque faciens obdormias. In solitudine
cito surrepit superbia et si parumper ieiunaverit
hominemque non viderit putat se alicuius esse et
momenti oblitusque sui unde quo venerit
intus corde lingua foris vagatur. Iudicat
contra apostoli voluntatem alienos servos;
quod gula poposcerit porrigit manus; dor
mit quantum voluerit nullum veretur omnes
se inferiores putat crebriusque in urbibus
quam in cellula est et inter fratres simulat
verecundiam qui platearum turbis colliditur.
Quid igitur solitariam vitam reprehendimus? Mi
nime quippe quam sepe laudavimus licet ut pro
fertur solitaria vita periculosa est nec absten
ti ab hominum frequentia sordidis et impiis
cogitationibus pateant et pleni arrogantie
et supplicii cunctos despitiant armentque lin
guas suas vel clericis vel monachis detra

Ad demetriadē virginem

Ad rusticum monachum.

Ad eustochium de virginitate servanda.

bendo. Sed de ludo monasteriorum huiusmodi nolumus egredi milites quos heremi dura rudimenta nō terreant qui speciem sue conversationis multo tempore dederint qui omnium fuerint minimi ut primi omnium fierent et quos nec esuries aliquando nec saturitas superaverunt qui paupertate letantur quorum habitus sermo vultus incessus doctrina ē virtutum. O quotiens in heremo constitutus in illa vasta solitudine que exusta solis ardoribus horrendum monachis prestat habitaculum putabam me romanis interesse delitiis. Sedebam solus quia amaritudine plenus eram horrebant sacco membra deformia squalida cutis situm Ethiopisse carnis obduxerat et Quotidie lacrime Quotidie gemitus. Et si quando me repugnantem sompnus imminens oppressisset nuda humo vix ossa herentia collidebam de cibis vero et potu taceam cum etiam languentes monachi ibi aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehenne metum tali me carcere dampnaveram scorpionum tantum

sotius et ferarum sepe choreis intereram puellarum
pallebant ora ieiuniis et mens desideriis es
tuabat. In frigido corpore et ante hominem sua
iam carne premortua sola libidinum incendia
bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus ad ihesu
iacebam pedes rigabam lacrimis crine tergebam
et repugnantem carnem ebdomadarum inedia
subiugabam. Non erubesco infelicitatis mee
quoniam potius plango non esse quod fuerim
Memini me clamantem diem crebro iunxisse
cum nocte. nec prius a pectoris cessasse uerberibus
quam domino imperante rediret tranquillitas
Ipsam quoque cellulam quasi cogitationum mearum
consciam pertimescebam et mihimet iratus et ri-
gidus solus deserta penetrabam. Sicubi con
caua uallium aspera montium rupium abrup
ta cernebam ibi mee erat orationis locus ibi
illud miserrime carnis ergastulum colloca
bam. Et ut mihi testis est dominus post multas
lacrimas post celo oculos inherentes non num
quam uidebar mihi interesse agminibus angelorum
et letus gaudensque cantabam post te in odorem
unguentorum tuorum curremus dicam et aliud

Ad rusticum monachum.

quod in egipto uiderim. Grecus erat adolocēs
in cenobio qui nulla ɔtinentia, nulla operis
magnitudine flāmā poterat carnis exting
re. hunc periclitantem pater monasterij hac
arte seruauit. Imperat uiro cuidam graui ꝫ
ut iurgijs atq̄ ɔuitijs insectaretur hominē
ꝫ post irrogatam iniuriam p̄mus ueniret
ad querimonias. uocati testes pro eo loque
bantur qui ɔtumeliam fecerat. flere ille ɔtra
mendatiū cepit. Solus pater deffensionem
suam callide opponere studuit, ne habundā
tiori tristia absorberetur. Quid multa ita ꝫ
annus ductus ē quo explecto interogatur
adolescens super cogitationib᷒ p̄stinis. An
adhuc molestie aliquid sustineret. Pape ꝫ
inquit michi uiuere nō licet, ꝫ fornicari lib;.

Ad adbigamum ispanum.

hic si solus fuisset quo adiutore supasse't. Sūt
n. meliores duo quā unus ꝫ si alter ceciderit ab altero fulcietur. funiculus triplex ñ
facile rumpitur. ꝫ frater fratrem adiuuans

Ad rusticum monachum.

exaltabitur. Vidi ego quosdam qui postquā
renūtiauerunt seculo uestimentis, dum ta
xat ꝫ uocis professione nō reb᷒ nil de p̄stina

conuersatione mutarunt. Res familiaris magis aucta quam minuta eadem ministeria seruulorum idem apparatus conuiuii et nomen se uendicat solitarii. Quidam uero pauperes sunt et tenui substantiola inferenturque sibi scioli pompare ferculis similes procedunt ad publicum ut caninam exerceant facundiam. Sunt etiam qui humore cellularum inmoderatisque ieiuniis tedio solitudinis ac nimia lectione. Dum diebus ac noctibus auribus suis personant uertuntur in malencoliam et hipocratis magis fomentis quam nostris monitis indigent. Plerique artibus et negotiationibus pristinis carere non possunt mutatisque nominibus institorum eadem exercent commertia non uictum et uestitum quod apostolus precepit sed maiora quam seculi homines emolumenta sectantes et sub religionis titulo exercentur iniusta compendia et honor nominis christiani magis fraudem facit quam patitur. Que et pudet dicere sed necesse est ut saltem sic ad nostrum erubescamus dedecus publice extendentes manus pannis aurum tegimus et contra

Ad rusticum monachum:-

omnium opinionem plenis sacculis morimur diuites qui quasi pauperes uiximus. Tibi z cum in monasterio fueris hec facere nõ habit z molescente paulatim ꝯsuetudine quod p̄ mum cogebaris uelle incipiens z delectabit te labor tuus oblitusq; preteritorum semper priora sectaberis nequaquam ꝯsiderans quid alii mali faciant sed quid boni tu facere debeas. Nec uero peccantium ducaris multitudine. nec te ꝑditorum turba sollicitet ut tacitus cogites quid ergo omnes peribunt qui in urbibus habitant. Ecce illi fruuntur suis rebus ministrant ecclesiis adeunt balneas unguenta z nõ spernunt z tamen in omnium ore uersantur. Ad quod z ante respondi z nunc breuiter respondebo in presenti opusculo me nõ de clericis z disputare sed monachum instruere:- De periculo habitandi in urbibus:-

Ad ꝑhorum:-



Quamquam obsecro satis esse difficile locum stefani implere uel pauli uel in euangelico stare ministerio. Pretiosum margaritum est sed cito frangitur. fractumq; instaurari

non potest:

non potest. Navis quamuis sit rudis et soli-
dis confixa clauis tumentesque fluctus tabulata
nõ sentiat atque si periculose nauigat perforatur
et licet plenis uentis lucidius ad optata per-
ueniat tamen magis secura sunt que et tran-
quilla sunt. Et ut apertius loquar plus te-
quod dicas hĩre mercedem si in media urbe con-
sistens monachorum uestites uita et sunt uera
que dicas sed nõ tam facile explentur, opere
quam dicto. Nam si aliquis te de optimatibus
inuitat ad prandium certe aut eundum
tibi est aut negandum. Si ieris aut eisdem
uesceris cibis aut aliis si aliis contrariũ offẽ-
duntur occuli si eisdem perit abstinentia.
Quod si ire nolueris tunc miser comederis
in prandio. Ad singulas quasque phialas et
delibuta melle uina potaberis. Alius in tuum
uultum cauillabitur. ille incessum deridebit
hic habitum et imitatores forsitam uideor
nõne inquiũt. hic ẽ filius fabri: nõne fratres
eius et sorores apud nos sunt. Ego illum
memini ante tot ferme annos illud fecisse
turpe dixisse turpius. Alius furiem clamabit

et tecum se scelestis finget esse participem, omnia
prandia pariter consonabunt et inter temulen
tum convivium dissolvetur. Quod si vilius et
abstinentius carnibus et non crebro balnea sequen
tes, tunc nos ponis columnas. Manichei tibi
titulus ascribetur. Si volucrum edulium
refutaveris et tenellas carnes columbas et
ssoeque tinturas expetenti gutturi durior
dominus denegaveris, sacrilegii crimen af
figitur. Statimque aiunt hii sunt qui crea
torem mundi condempnant, in usus vestros
facta sunt omnia. Audivi domino teste non men
tior quendam in suam gulam dilectum
cum rumore cognosceret me abis esculen
tionibus abstinere dicere. Numquid procel
lis ideo factus est ut rogatus in senatu suam
sententiam diceret. Quo indicaret me stul
titie condempnaret. Qui me putaret ea que
Ad presbiterum — sunt in usus creata non sumere. Quod si pul
la fuerit tunica etiam presumptuum digitis de
notaberis, ac sic non formosus fueris sanctus
esse non poteris. Hec istius modi cum intum
in urbibus laterent bona quod facies sint

in medio. Aut intus. Aut anathemati colla
submittes id est aut sectaberis que sunt ad
uersa continentie aut si facere uolueris ipse dampnaberis. Pretermitto crebras salutationes
obsequia matronarum uariasque illecebras quibus
etiam rigidissimi molliuntur animi et sy-
reneo cantu ad naufragium pertrahuntur.
Nunc autem illud affirmo, quod etiam si ista
essent ad operationem ingentis boni
minora deserere deberes. Cum .M. tanta re Ad marcellam de urbe secedenda
perimus in celo parua et caduca quesisse non nos
doleamus mira. Ambitio namque potentia
magnitudo urbis, uideri et uidere salutari
laudare detrahere uel audire proloqui et
tantam hominum frequentiam saltem intuitu
uidere a proposito monachorum et a quiete a
liena sunt. Aut .M. uidemus ad nos uenien
tes et silentium perdimus aut si non uide
mus et superbie arguimur. Interdum ut
uisitantibus reddamus uices ad superbas
fores pergimus inter linguas rodentium
ministrorum postes ingredimur deauratos.
In christiano uilla ut diximus totum rusticitas. Super ezechielem

Contra iouinianum

Itaqz propter occupationes aut nobis clauendum e hostium aut septinam propter quas aperiende sunt fores studia relinquenda. Hys g
rationib9 mutati multi philosophor reliqui
runt frequentias urbiu & ortulos sub ur
banos ii ager irriguus & arbor come et
susurris auium fontis speculu riuulus in
murmurans & multe occulor auriumqz 3
illecebre ne p luxum & habundantia copiar
anime fortitudo molesceret & ei9 pudicitia
dssiparetur. Inutille quippe e crebro uidere p
que aliquando captus sis & eor te expime
to comittere quib9 difficultate careas. Na
quos seculi carcer inclusit nunc ira nunc a
uaritia nunc libido nuc uarior incentiua
uitior ptrahunt ad ruinam. Ideoqz obter
rende sunt anim uoluptates relinquenda
delectationu studia. Quoniam hec circumci
sionis e ueritas no figura. Nitendu in suma
ut naturalib9 amputatis 9uersatio nra ten
dat ad celum. Quod fiet si ludi si iocus si
diuina si sermo pene familiaru deseratur
& que circumdantur careant no usu non

Ad tiantiam de uera circu
cisione

auditu non tactu aut sapore capiet in natura
corporis naturam corpoream nō habere. Nam — In daniele
si vellimus despicere quod sumus meremur
in melius esse quam sumus. Igitur nō temere nos
offeramus periculis sed quantum in nobis ē
insidias declinemus. De doctrina abstinentie — Ad furiam de viduitate servanda
et precipue a carnibus



Salvator noster attendite inquit
vobis ne forte aggravent corda
vestra crapula et ebrietate et curis
huius vite. Modicus .n. et tem- — Ad rusticum monachum
peratus cibus et carni et anime utilis ē. Bal-
nearum fomenta nō queras qui calorem cor-
poris ieiuniorum cupis frigore extinguere que et
ipsa moderata sint ne nimium debilitent sto-
machum et maiorem refectionem poscentia erum-
pant in cruditatem que parens libidinum — Ad furiam de viduitate servanda
est. Aiunt .n. medici et qui de humanorum cor-
porum scripsere naturis precipueque Galienus
in libris quorum titulus est yeley nō puerorum
et iuvenum ac perfecte etatis virorum mulierum
que corpora insito calore fervere et noxios esse
his etatibus cibos qui calorem augeant sani

tatiq; conducere frigida queque melius et po
tu sumere. sicut e contrario senibus qui pituita
laborant et frigore calidos cibos et ueteri
num prodesse. Et etiam comicus, cuius
finis est humanos mores nosse atque descri
Terentius. bere dixit. Sine cerere et libero friget ue
nus. Nichil itaq; scias conducere xpianis
adolescentulis ut esum olerum. Nam ar
dor corporum frigidioribus epulis tempe
randus est. Nobis enim non corporum cul
tus, sed anime uigor queritur, que carnis
infirmitate fit fortior. Inde est quod non
nulli uitam pudicam appetentes in me
dio itinere corruunt, dum solam abstinen
tiam carnium putant et leguminibus one
rant stomachum, que moderate parceq;
sumpta innoxia sunt. Et ut quod sentio
loquar. nil sic inflammat corpora et titillat
menbra genitalia, sicut indigestus cibus
Contra iouinianum in ii° libro. ructusq; conuulsus. Quod enim seminarium
uoluptatum est uenenum puta. Est autem
Ad furiam de uiduitate seruanda. esus carnium seminarium libidinis. Et non
solum de carnibus loquor, sed in ipsis legu

minibus instantia et grauia declinanda sunt. parcus cibus et uenter esuriens triduanis ieiuniis preferatur. Multo enim melius est quotidie parum quam raro satis sumere. Pluuia illa optima est que sensim descendit in terris. Subitus et nimius imber preceps arua subuertit. Refectio itaque saturitatem fugiat. Nichil prodest biduo triduoque transmisso uacuum portare uentrem si pariter obruatur si compensetur saturitatem ieiunium. Illico mens completa torpescat et irrigata corporis humore spinas germinat libidinum. Plures quoque sunt qui cum uino sint sobrii, ciborum tamen largitate sunt ebrii. Omnes enim qui ebrietatem sectantur filii belial uocantur. Nam uenter mero estuans facile despumat in libidinem. Inde noe ebrietate nudant femora loth, quem sodoma non uicit uina uicerunt. Venterque et quoque plenus facile disputat de ieiuniis. Qui enim christum deliterat et illo pane uesatur non querit magno opere quod de preciosis cibis stercus conficiat. Quocumque post gulam

Ad eustochium de uirginitate seruanda.

De ebrietas questionibus in libro regum.

Ad paulinum de institutione monachi.

non sentitur. Item sit quod panis leguminia.

In ecclesiasticis. — Omne .n. quod in hoc mundo laborant hoies
ore quasi ꝯsumitur ⁊ attritum dentibꝰ uentri
traditur digerendum ⁊ tam diu tribuunt uo
luptatem quãdiu guture detinetur. Cum ꝩ
uõ in aluũ transierit desinit inter alios esse ꝩ
distantia. Nec hoc dicimus quod negemus
pisces sed quomodo nuptijs uirginitatem

Contra iouinianũ. — ita saturati ieiunia preferimꝰ. Sed nec ideo
te carnes uesa nõ putes si sumn leporũ atque
ceruorum ⁊ quadrupedum animantiũ excule
tiam reprobes. Non .n. hec pedum numero

Ad saluinam de morte nebridij. — sed suauitate gustus uendicantur. Scimꝰ
ab apostolo dictum Omĩs creatura dei bona
que cum grãꝝ actione percipitur. Sed idem
loquitur. Bonum ẽ carnem nõ manducare
Comedant carnes qui carnibꝰ seruiunt quorum
feruor despumat incoitum eorum etiam intes
tina carnibꝰ repleantur. Tu uõ nil necesse
habes aliud nisi perseuerãre ieiunium pallor

Contra iouinianũ. — ⁊ sordes gemme tue sint. Igitur cum mihi dixeris.
cur porcus creatus ẽ. statim tibi respondebo
puerorum more certantium. Cur uipere. scorpij

Nec deum superfluorum iudicabis artificem.
quia plurime et bestie et volucres sunt quas
tue fauces recusent. Sed ne contentiosum h
pugnare magis videatur esse quam verum
Audio id circo sues et apros et reliquas ani
mantes creatas ut milites atlete naute me
tallorumque fossores, et ceteri duro opere mancipa
ti habeant cibos quibus fortitudo corporum nec
cessaria est, qui portant arma et cibaria qui
pugnis et calabus sua muneem membra de
bilitant. Qui remos trahunt quorum latera ad
clamandum dicendumque sunt valida qui
subvertunt montes et sub sudo et imbribus dor
miunt. Sed quid ad nos quorum conversatio in
celis est. Ceterum nostra religio non atletam non
nautas non milites non fossores sed sapientie
erudit sectatorem qui se dei cultu dedicaverit
et sciat cur creatus sit. cur versetur in mundo
quo abire festinat. Unde et apostolus loquitur
Quando infirmor tunc potens sum. Et si
exterior noster homo corrumpitur sed inte
rior renovatur de die in diem. Et cupio di
ssolui et esse cum xpo et carnis curam ne fece

Quodq3 sine quatuor sensibus uiuere pos
sumus. id ē sine aspectu auditu et odoratu
atq3 complexu. Absq3 gustu autem et cibis
impossibile est humanum corpus subsis
tere. Ad esse ergo debet ratio ut tales et tan
tas sumam9 escas, quib9 nō oneretur cor
p9 nec libertas anime pgrauetur. Quia
si comendū ē et de ambulandum et dormi
endū et digerendum et postea inflactis
uenis incentiua libidinis substentatur.

De testamento geruntij

Sunt quidem sensus nri porte per quas
ad animam nram seculi blandimenta 3
descendunt et p quas sensus carnis intro
eunt, per quas n̄ lite strage facta mam ū
tutib9 quadam impietate fecerim9 nūquā
ad regem pietatis peruenire potim9. Dicat

Ad titum

m. quisq3 quo uolet ego loquor scientiā
meam. Scio m̄ abstinētiā et nocuisse int̄

Contra iouinianum in ij libro circa pncipiū

missam et profuisse repetitam. Nec tales
ergo accipiamus cibos quos aut difficult̄
digerere aut comestos magno paratos et
perditos labore doleamus. Oleū et pomoz
et leguminum et facilior apparat9 ē et arte

impensis q(ue) coquor non indiget (et) sine cura
sustentat humanu(m) genus / moderateq(ue) sump
tis q(ui)a nec auide deuoratur, quod irrigame(n)
tum gule no(n) h(abe)t leniore (con)gestione decoq(ui)t(ur)
Nemo .n. uno (et) duob(us) cibis hijs q(ue) uilib(us)
usq(ue) ad inflactione(m) uentris oneratur que
diuersitate carnium (et) sapo(r)is delectatione
(con)capitur (et) ad esum sui explecta exurie(n)e qua(si)
captiuos trahunt. Unde (et) morbi ex saturita
te nimia (con)citantur multiq(ue) impatientie gule
uomitu remediantur (et) quod turpit(er) ingel
serunt turpius egerunt. Postq(uam) .n. uenit xp(istu)s
in fine temporu(m) (et) reuoluit Ω ad a id e(st) fine(m)
ad principium ut in prima etate nec circu(m)cidi
mur nec repudium dare permittimur nec
carnes comedimus. Hipocras in amphorissi
mis docet crassa (et) obesa corpora que crescen
di mensura(m) impleuerint n(is)i cito ablatione (et)
sanguinis minuantur paralisim (et) pessima
morbor(um) genera parare. Et ideo esse nece(ssari)e
sanam temptione(m) ut rursus habeant i(n) que
possint crescere. Non .n. manere in uno statu
naturam corporu(m) sed aut crescere semper

Contra iouinianu(m)

Hipocras

galienus

aut decrescere nec posse uiuere animal in cres
cendo capax sit. Inde et galienus doctissimus
hippocratis interpres athletas quorum uita et
ars sagina est. Dicit in exortatione medici
ne nec uiuere posse diu nec sanos esse animas
que eorum ita nimio sanguine et adipibus quasi
luto inuolutas nichil tenue nichil celeste
sed semper de carnibus et ructu et uentris inglu
uie cogitare. Diogenes tyrannos et subuersiones
urbium bellaque uel hostilia uel ciuilia non pro sim
plici uictu olerum pomorum sed pro carnibus
et epularum delitijs asserit excitari. Quodque mi

Epicurius

randum sit. Epicurus uoluptatis assertor omnes
libros suos repleuit oleribus et uilibus cibis di
cens esse uiuendum. Quia carnes et exquisite
epule ingenti cura ac miseria preparantur
maioremque penam habeant in querendo quam
uoluptatem in abutendo. Bibere et comedere non
delitiarum ardorem sed sitim famemque restinguere
Qui in carnibus uescantur indigere etiam hijs
que non sunt carnium. Qui autem simplici uictu
utuntur eos carnes non requirere. Sapientie
quoque operam dare non possumus si mense ha

bundantiam cogitemus que labore minuo et
cura indiget. Cito expletur nature necessitas
frigus et fames simplici uestitu et cibo expelli
potest delitie et epularum uarietates fomenta
sunt auaritie. Quod si quis extimat et habū
dantiam ciborum potionumque se perfrui et ua
care posse sapientie. hoc ē uersari inter deli
tias et delitiarum uitijs nō teneri se ipsum deci
pit. Sensus nr̄ illud cogitat quod uidet/ et
Audit. Odorat. Gustat. Attrectat. Et ad eius
trahitur appetitum cuius capitur uolupta
te. Difficile ymmo impossibile est delitijs et
uoluptatibus affluentes nō ea que gerimus
cogitare. frustraque quidam simulant salua
fide et pudicitia et integritate mentis se abu
ti uoluptatibus ē contra naturam sit corpus
uoluptatum sine uoluptate perfrui. Sensus
corporum quasi equi sunt sine ratione cur
rentes. Anima uō michi aurage modum
retinet frena currentium. Grandis exultatio
anime est/ cum paruo contentus fueris. mū
dum bre sub pedibus/ et omnes eius potentiā
epulas libidines propter quas diuitie/ et

Contra Iouinia
num

comparantur. Vilibus mutare cibis et grossi-
ori tunica compensare. Tolle epulas et li-
bidinis luxuriam nemo queret diuitias
quarum usus aut in uentre aut subuentre
est. Qui egrotat nō aliter recipit sanitatē
n̄ tenui cibo et castigatione uictus. Quib9
ergo cibis recipitur sanitas hys et cōserua-
ri potest: ne quis putet morbos olerībus
cōcitari. Si autem uires olera nō minis-
trent, que nascuntur et aluntur ex carnib9
Quid tamen necesse ē sapienti uiro et phi-
losopho xp̄i hr̄e tantā fortitudinē que a-
thletis et militibus necessaria ē quam cū
habuerit ad uitia prouocet. Illi arbitrātur
carnes sanitati cōgruas qui nolunt abu-
ti libidine et coeuntium temerarii uoluptatum
ad coitum semp extuant. cetero sanitas
absqꝫ uirib9 nimijs necessaria est. Nec tur-
bare nos debet si rari sint hui9 propositi sec-
tatores quia rari sunt et omnia bona et fide-
les et pudici et cōtinentes. Sempqꝫ uirtus
rara est. legimus quosdam morbo articu-
lorum et podagre humorib9 laborantes.

pro sceptione bonorum ad simplicem mensā
et pauperes cibos redactos dualuisse. Carue
rant. n. sollicitudine dispensantis domus et
epularum largitate que et corpus fran
gunt et animam. Iericet oratius appeti
tum cibor qui sumpti relinquunt penitentiā.
Sed etiam ex uilissimis cibis ui
tanda satietas est. Nichil. n. ita obruit
animā, ut plenus uenter et exestuans et
huc illuc que se uertens et in ructus uel
increpitus uentor efflatione respirans.
Quale autem illud ieiunium aut qualis
refectio post ieiunium cum pridianis epu
lis distendimur et guttur nostrum medi
atorium efficitur latrinarum dumque uolu
mus prolixioris medie famem querere et
tantum uoramus quantum uix alterius
diei nox digerat. Itaque non tam ieiunium
appellandum est quam crapula ac fetus et mo
lesta digestio De abstinentia antiquorum
tam prophetarum quam sacerdotum et alior sanctor.

Contra iouinianum in libro ij. circa principium.

D Icearchus in libris antiquitatum et descriptione grecie. Re

fert sub saturno cum omnia humus funderet
nullum comedisse carnes sed universos vi
xisse frugibus et pomis que sponte terra gig
nebat. Ceremon quoque stoicus vir eloquen
tissimus narrat de vita antiquorum Egypti sa
cerdotum quod omnibus mundi negotiis cu
risque postpositis semper in templo fuerint
et rerum naturas causasque ac rationes side
rum contemplati sint numquam se mulieribus mis
cuerint numquam cognatos et propinquos nec libe
ros quidem viderint ex eo tempore quo cepis
sent divino cultui deservire. carnibus et vino
se semper abstinuerint propter tenuitatem
sensus et maxime propter appetitum libidinis
qui ex his cibis et ex hac potione nascuntur
Pane raro vescebantur ne onerarent stoma
chum et si quando comedebant tonsum pit
isopum sumebant malo ut escam graviorem
illius calore decoquerent. Oleum tantum
in oleribus noverant. verum et ipsum parum propter
nauseam et asperitatem gustus lenendam.
Quid loquar inquit de volatilibus cum ova
quoque pro carnibus vitaverint et lac pro sar

guine quorum alterum carnes liquidas al
terum sanguinē esse dicebant colore mutato
Cubilleeis folijs palmarum contextum erat. Sca
bellum ad luce ex una parte obliquum in terra
pro pulvillo capitis supponebant biduo tri
duoque mediam sustinentes et humores corporis
qui nascuntur ex ocio et ex mansione unius
loci nimia victus castigatione siccabant. Itē
iosephus in secunda iudaice captivitatis et
historia in xviij° Antiquitatum libro tria de
scribit dogmata iudeorum. Phariseos. Saduceos
Esseos. Quorum novissimos miris effert laudi
bus quod et uxoribus et vino et carnibus semper
abstinuerunt et quotidianum ieiunium verte
rent in naturam. Super quorum vita et alius vir
doctissimus proprium volumen condit. Mē   Contra iovinia num
bilius etiam narrat apud persas tria genera
magorum quorum primos qui sunt doctissimi et
eloquentissimi excepta farina et olere nichil
amplius in cibo sumere. Orpheus quoque in   Orpheus
carmine suo esum carnium penitus detestatur   Pitagoras
Pithagore etiam. Socratis. Antistenis et re   Socrates
liquorum frugalitatem referrem ad confusionem   Antistenes

nostram nisi et longum esset et proprii operis
indigeret ut qui paupertatem apostolorum et
crucis diuitiem aut nesciunt aut contemp
Ad marcellam de uita aselle — nunt mirentur saltem. Gentilium parci
tatem. Ad ea autem uenio que asella post
duodecimum annum sudore proposito elegit
arripuit tenuit cepit impleuit. Unius
cellule clausa angustijs latitudine para
disi fruebatur. Idem terre solum et orationis
locus extitit et quietis. Ieiunium pro ludo
habuit inediam post refectionem. Et cum non
nesciendi desiderium sed cibi humana con
fectio ad cibum traheret pane et sale et aqua
frigida concitabat magis esuriem quam resti
guebat et operabatur manibus suis sciens
scriptum esse qui non operatur non manducet
Et ita ad quinquagenariam peruenit etatem
ut non doleret stomachus non inscerii cru
ciaretur incuria non sicca humus iacentia
menbra constringeret non sacco asperata cu
tis fetorem aliquem situmque contraheret.
Sed sano corpore animo sanior solitudinem
putaret esse delitias et in urbe turbida in

uenit et heremum monachorum. Paulo quoque
cibum et uestimenta palma prebebat. Et
ne cui impossibile uideatur ihesum testor et an
gelos eius, quod in ea parte heremi que
iuxta syriam. Saracenis iungitur. Mona
chum uidi qui per xxx annos inclusus et
ordeaceo pane et lutulenta aqua uiuebat
Alter in cisterna ueteri quinque caricas per
dies singulos sustentabatur. Unde si michi
dominus optionem daret multo magis eli
gerem tunicam pauli cum meritis eius quam
regum purpuras cum regnis suis. Quid
tamen nos uentris animalia numquam fe
cimus tale quos si uel cum secunda hora
legentes inuenerit oscitamus manu faciem
defricantes continemus stomachum et quasi
post multum laborem mundialibus rursum
negotiis occupamur pretermitto prandia
quibus mens onerata premitur. Pudet
dicere frequentiam salutandi qua aut ipsi
cotidie ad alios pergimus aut ad nos
uenientes ceteros expectamus deinceps
itur ad uerba sermo teritur laceratur

De uita sancti pauli primi heremite

Ad marcellam de uita secreta

absentes uita aliena describitur et morden
tes inuicem consumimur ab inuicem. Tales
nos cibus occupat et dimittit. Cum uero a
mensa recesserint ratiocinia supputamus. Cum
ira personam leonis nobis induat. Tum cura
superflua mansuros plurimos duraturum pre
cogitat. Nec recordamur euangelii dicentis
Stulte hac nocte auferent animam tuam a te
que autem preparasti cuius erunt. Nec uero
hec dicens condempno cibos quos deus creauit
ad utendum cum gratiarum actione sed iuue
nibus incentiua esse assero uoluptatum. Non
ethnei ignes. Non uulcania tellus non ue
suius olim plusque tantis que tantis ardoribus
estuant ut iuueniles medulle uino plene
dapibus inflammate. Auaritia calcatur a ple
risque et cum marsupio deponitur maledi
ctam linguam inductum emendat silentium
Cultus corporis et habitus uestium unius
hore spatio commutatur. Omnia alia peccata
extrinseca sunt. Et quod foris est facile abi
citur. Sola libido insita est et quadam le
ge uere incoitum gestit erumpere. Grandis

igitur uirtus est.

igitur virtus est et solicitate diligentie superare ꝫ quod natus sis et in carne non carnaliter vivere.

De temperatis ieiuniis

Tantum tibi ieiuniorum impone quantum ferre potes. Diversos est enim hominum stomachus, alii amaris alii dulcibus alii austerioribus alii lenibus delectantur ꝫ cibis. Ideo non tibi inmoderata imperamus ieiunia et enormem ciborum abstinentiam quibus corpora delicata franguntur. Philosophorum quoque sententia est moderatas esse virtutes excedentia modum atque mensuram inter vitia reputant. Unde et unus de septem sapientibus ait. Nequid nimis. Non enim ego multosque sexu per nimiam abstinentiam cerebri sanitatem inquibusdam finisse vexatam. precipue qui in humectis et frigidis habitare cellulis ita ut nescirent quid agerent. quo vese verterent quid loqui quid ne tacere deberent. Sic ergo debes ieiunare ut non palpites et respirare vix possis. Sed ut fracto corporis appetitu nec in lectione ꝫ

Ad nepotianum. Super matheum.

Ad demetriadem virginem.

Ait terentius.

Ad supantiu[m] :~

Ad eletam de
institutione fi-
lie :~

nec in psalmis nec in vigiliis solito quid co-
gatur faciat. In ieiunio non est perfecta vir-
tus sed ceterarum virtutum fundamentum
est et sanctificatio atque pudicitia sine qua
nemo videbit deum. Nam xpistus pro animi
voluntate omnia in acceptum refert. Disp-
licent mihi namque in teneris maxime etatibus
longa et inmoderata ieiunia quibus iunguntur
ebdomedes, et oleum in cibo ac poma ve-
tantur. Experimento didici asellum in via
cum lapsus fuerit diverticula querere. Hoc
r. in perpetuo ieiunio preceptum est ut lon-
go itinere vires perpetes suppetentur nec
in prima mansione currentes corruamus
in medijs. Ceterum in quadragessima conti-
nentie vella pandenda sunt. et tota aurige
retinacula equis laxanda properantibus
quamquam alia sit conditio secularium alia mona-
chorum. Secularis homo in quadragessima
ventris ingluviem decoquit et in coclee
morem celorum more suo victitans succo fu-
turis dapibus ac sanguine aliquantulum
parat. Monachus sic in quadragessima

suos mater vel irritet equos ut ꝗ̄ meum
neīt semp̄ esse currendum. Finitus labor
maior infinitus moderator est ibi. Vnde semp
ꝑetuo mēdum ꝰ. Si tamen comedas ut
statim post cibum possis legere orare ꝛ psal
lere. Ideo sint tibi casta simplicia moderata
et nō supstitiosa ieiunia. Sed quid prodest
oleo nō uesci ꝛ molestias quasdam difficul
tates qꝫ ciborum querē. Caricas piper nuces ꝛ
palmarū fructus simulā ꝛ mel totamqꝫ or
torum culturam uexamus ut ab.cis pane ꝛ
nō uescamur. Et dum delitias sectamur a
regno celorum retrahimur. Nec si biduo aut
triduo ieiunauēis putes te nō ieiunātibꝰ
eē meliorem. Tu ieiunas ꝛ irascēis ille co
medit ꝛ forte blanditur. Tu uexationem
mentis ꝛ uentris esuriem rixando digēis
Ille moderatius alitur ꝛ deo grās agit. Vn
de quotidie clamat ysaias. Non tale ieiu
nium elegi dicit dominus. Et iterum in die
bꝰ ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluptates
uestre ꝛ oīs qui sub potestate uestra sunt
stimulatis in iudiciis ꝛ litibꝰ ieiunatis ꝛ

Ad nepotianū ꝛ

Ad eustochiū de uirginitate fuāda ꝛ

peccatis pugnis humilem ut quid in ie
iunatis. Quale illud potest esse ieiunium
cuius mam nõ dicam nox occupat sed lu
na integra derelinquit. Te ipm dixerans
Noli in alterius ruina sed in tuo opere glo
riari. Nec illoꝝ tibi exempla proponas q̃
carnis curam facientes possessionũ red
ditus ⁊ quotidianas domos impensas sup
putant. Nec .xii. undecim ẽ apostoli Jude p
dittione sunt fracti. Nec philegio ⁊ alexã
dro faciente naufragium ceteri a cursu fi
dei substiterunt. Communia quoqꝫ tibi sunt
uitanda secularium maxime eoꝝ qui hono
rib⁹ tument. Nam pinguis uenter nõ
gignit sensum tenuem. Docet esopi fabu
la plenum nimis uentrẽ p angustũ fora
men egredi nõ ualere. Quoscumqꝫ namqꝫ
formosos calamistratos ẽne compositos ul
buccis rubentib⁹ inueñis de armento Jou
niani sunt inter quos sues grunniunt.
De nostro grege tristes palliodi sordidati
⁊ quasi peregrini huius seculi licet sermone
taceant habitu loquuntur ⁊ gestu. Vnde

Ad nepotianũ.
Ad saluinã de morte nebridii.
Contra iouinianũ.
Sup ionam pphã.

saccus et ieiunium arma sunt penitentie et auxilia peccator. Et si e duobus necessariis unum est subtrahendum magis eligam ie iunium absque sacco quam saccum absque ieiu nio. At non hii quibus penitentia precipitur consequenter ad ieiunium saccum copulant. Non quidem sanat occulum quod calcaneo adhibetur ieiunio passiones corporis oration pestes sanande sunt mentis. Ideo per ieiunium ostenditur nos posse redire in paradisum. Unde per satiuritatem fueramus eiecti. Nam ieiunium curat uulnera delinquentis curatosque sanc tificat. De contemplatione et oratione et lectione.

Si monachus esse uis non in dei habeto curam non rei fami liaris cuius renuntiatio hoc esse cepisti. sed anime tue. Ama scientiam scripturarum et uitia carnis non amabis. Corpus pariter animusque tendatur ad deum. Sic te ipsum in celo animo gestiente p curas ut dum corpore moraris in terra iam ad xpistum mente peruenias. Assuescas quoque ad orationes et psalmos nocte consurge mane

Sup matheum.

Ad filipenses.

Ad rusticum.

Ad marcellam consolatoria de adui sis.

Ad sletum de in stitutione filie.

Super exordium e° decimo octavo

Sup abachuc in p° libro in principio

Ad eustochiumm

De uigiliis

hymnos canere tertia sexta nona hora stare in acie quasi bellatorem et accensa que lucerna reddere sacrificium uespertinum. Sic dies transeat sic nox inueniat laborantem. Orationi lectio lectioni succedat oratio. precipue quia ea que et satisfaciunt in conspectu dei faciunt et pleniorem dei scientiam accipiunt et plenius diuinis imbuti sunt disciplinis. Si tantum egrotus et extuans febribus aquam frigidam postulet et dicat ad medicum uim patior exaudi. uox exaudi. Vsqueque medice clamabo et non exaudies et respondeat sapientissimus et clementissimus medicus scio quo tempore debeo dare quod postulas et non misereor nisi quia misericordia ista crudelitas est et uoluntas tua contra te petit. Ita et dominus noster sciens clementie sue pondera atque mensuras interdum non exaudiet clamantem ut eum probet et magis prouocet ad rogandum et quasi igne excoctum ustiorem et puriorem faciat. Ad orationem de nocte surgente non indigestio cibi ructum faciat. Nam quidam inter pastores eximius sicut sumus

inquit fugat apel, hic indigesta ructatio aut
tit ꝛ abitur spiritus sancti karismata. Ruc
tus autem proprie dicitur indigestio ciba
ꝛ incoctarum escarum inuentum efflactio. Quo
modo ergo iuxta qualitatem ciborum de sto
maco ructus erumpit ꝛ uel boni uel mali
odoris fla tus indicium est ita interiores ho
minis cogitationes uerba proferunt et
ex habundantia cordis os loquitur. Iustus
comedens replet animam suam. cumque sacris
doctrinis fuerit satiatus de bono cordis the
sauro profert ea que bona sunt. Crebrius
lege ac disce quam plurima. Et tenenti co
dicem sopnus obrepat : ꝛ cadentem faciem
pagina sancta suscipiat. Et quamquam apostolus
semper orare nos iubet ꝛ sanctis etiam ipse sopnus
oratio sit tamen diuersas orandi horas debemus
habere ut si aliquo fuerimus opere detempti ipsum
nos ad offitium tempus admoueat. Nec
quid cibi ante sumatur non oratione premissa nec
recedatur amensa non referantur gratie crea
tori. Egredientes hospitium armet oratio et
regredientibus occurrat oratio antequam sessio.

Ad principium uirginem de explana
tione .xl. psalmorum :-

Ad eustochium
de uirginitate suadat :-

Nec corpusculum prius requiescat quam anima pascatur. Ad omnem actum et ad omnem incessum manus pingat crucem dominicis diebus orationi et lectioni vaces quod quidem et omni tempore completis opusculis faciat.

Ad marcellam de mansionibus muneribus :~

Quotidie aliquid de scripturis dicatur. Providendum est etiam ut diem solempnem non tam ciborum habundantiam quam spiritus exultatione celebremus, quia valde absurdum est nimia saturitate martirem honorare velle quem sciat deo ieiuniis placuisse.

Ad damasum papam :~

Sacerdotes quoque presertim pro omnibus orare debent et solent, quorum elimosinas oblationes recipiunt.

Ad salvinam de morte nebridii :~

Sepe in manibus tuis divina sit lectio et crebre orationes ut omnes cogitationum sagitte quibus adolescentia percuti solet huiusmodi clipeo repellantur, quoniam difficiale est immo impossibile perturbationum vitiis carere quandoque. Nam frequens lectio et quotidiana meditatio anime solet labor magis esse quam carnis.

In ecclesiasticos :~

Quomodo enim quod manu et corpore fit manus et corporis labore completur ita quod ad lectionem pertinet magis mentis est

.. R. m. et marcellam sancta epistola :~

labor. litere namque marsupium non sequuntur sudoris tamen comites sunt et laboris sotie ieiuniorum et non saturitatis / continentie non luxurie unde quidam origenis discipulus dixit: Numquam se abum origene presente sine lectione sumpsisse numquam venisse soporem nisi unus e fratribus sacris litteris personaret. Edentes autem cucullis capita sua vellent / ne alter alterum aspiciat manducantem nec loqui quicquam liceat dum manducatur. Igitur quando comederis cogita quod statim tibi orandum illico et legendum sit de scripturis sanctis et habeto certum versuum numerum. Illud pensum domino tuo redde. Nec ante quieti membra concedas quam pallatum pectoris tui hoc sub tegmine impleveris post sanctas scripturas doctorum hominum tractatus lege eorum dumtaxat quorum fides nota est. Quoniam erudicio timorem creat imperitia contentiam. Sed tunc scriptura prodest legenti si quod legerit opere compleatur. Illorum igitur tractatibus illorum delecteris ingenijs in quorum libris pietas fidei non vacillat. Ceteros sic

Ad marcellam de uite secedenda.

In translatione regule pacomij de greco in latino.

Ad furiam de uiduitate fuanda.

Ad euandrum presbiterum de melchisedech.

Super melchiam.

De electa de institutione filie.

lege ut magis iudices quam sequaris. Ca
ueas omnia apocrifa et si quando ea non ad
dogmatum ueritatem legere uolueris/ scias
non eorum esse quorum titulis prenotantur/ mul
taque in hiis ad mixta uitiosa. Nec grandis
esse prudentie aurum in luto querere. Quid
m. fiat cum psalterio oratius cum euuan
gelijs marco. cum apostolis acero. Que
societas lucis ad tenebras/ Ne ergo legas
philosophos/ oratores nec meorum lectione
requiescas nec nobis blandiamur/ si hijs
que sunt scripta non credimus cum aliorum con
scientia uulneretur ut putemur probare que
dum legimus non reprobamus. Absit ergo
ut de ore xpiano sonet. Jupiter omnipotens
et merchule et castor et cetera magis porten
ta quam numina. Ac nunc sacerdotes dei
omissis euuangelijs et prophetis uidemus. Co
medias legere amatoria bucolicorum uersuum
uerba cantare tenere uirgilium et id quod
in pueris necessitas est crimen in se facere
uoluptatis. Scientia autem pietatis est nosce
legere scripturas prophetas intelligere euuange

Super epistolam ad titum

lio arcere. Apostolos non ignorare. Nec putemus in uerbis scripturarum esse euangelium sed in sensu non in superficie sed in medulla non in sermonum foliis sed in radice rationis. Siquid autem ignoras Ad eustochium de uirginitate seruanda
siquid de scripturis dubites interroga eum
quem uita comendat excusat etas fama
non reprobat. aut si non est qui possit expo
nere. Melius est aliquid nescire quam cum pe
riculo discere. Memento quia in medio la
queorum ambulas. Malo .n. apud te ueteram
diam parumper quam causam periclitari. Qui Sup matheum
tamen quod nouit interrogat non modo dis
cendi sed studio cognoscendi. Innotuit ille
qui responsurus est in similitudinem pharise
orum non quasi discipulus sed quasi temptator
accedit. Plerique etiam detractorum dum uer Sup parabolas
ba sacre eloquii plusquam debent discutiunt in
carnalem intellectum cadunt. In diuinis Sup ezechielem
autem scripturis et libris melius est obscura re
linquere ut sunt quam aliquid temere uel pra
ue mutare quod nescias. Sunt quoque non Ad ephesios
nulli qui rugata fronte demisso supercilio uer
bisque trutinatis auctoritatem sibi doctorum

uendicant non quod ipsi dignum aliquid ar
rogantia nouerint sed quod simpliciores fratres quo
dam intendunt sua comparatione nesare [?]. Euenit
etiam interdum ut cum modicum scientie quis
habuerit elatus in superbia discere desistat et
paulatim ex eo quod nichil additur subtrahitur
ut uacuum discipline pectus remaneat fer
rum quicquid acceptum fuerat deletetur. Sed
et iam prophetam dicere eloquentis est non ipsum
sapere sapientis iniuriam fecisse uirtutis alie
na possidere potentie innocentem circumuenire et
astute humilem desperisse nobilitatis. Sic er
roribus plena sunt omnia et ad hoc usque ueritas
obscuratur ut in mortis gremio iacuisse bea
titudo dicatur. Nobis uero nil placet nisi quod
ecclesiasticum est et quod publice media di
cere non timemus. In hiis tamen ita nos facere
solemus. Quando nempe philosophos legimus
quando in manus nostras libri ueniunt sa
pientie secularis si quid in eis utile reperimus
ad nostrum dogma conuertimus, si quid uero su
perfluum de idolis de amore de cura secula
rium rerum hec radimus hiis caluitium indua

Super ecclesiasten z~

De homine perfecto z~

Ad elibdiam de xij questionibus z~

Ad damasum papam de frugi et luxurioso filiis z~

mus hec inguinum more ferro acutissimo de
secamus. Referam namque tibi mee infeli
citatis historiam. Cum ante annos plurimos
domo parentibus sororibus cognatis et quod his
difficilius est consuetudine lautioris cibi
propter celorum me regna castrassem et iero
solimam militaturus pergerem bibliotheca
quam mihi rome summo studio ac labore confeceram
carere non poteram. Itaque miser ego lecturus
tullium ieiunabam. Et post noctium crebras
uigilias post lacrimas que mihi preteritorum pec
catorum recordatione ex imis uisceribus fluebant
Plato sumebatur in manibus. Si quando in
me metipso reuersus prophetam legere cepissem
sermo horrebat incultus. Et quia lumen ce
cis oculis non uidebam non oculorum putabam
culpam esse sed solis. Dumque ita me antiquus
serpens illuderet in media ferme quadrage
sima medullis infusa febris corpus inualit
exhaustum. Et sine ulla requie quod dictu
quoque incredibile sit infelicia menbra de pas
ta sunt ut uix ossibus hererem. Interim
parantur exequie et uitalis anime calor to

Ad eustochium de uirginitate seruanda.

to frigescente iam corpore in solo tantū tepen
te pectusculo palpitabat. Tunc subito raptus
in spū ad tribunal iudicis pertrahor, ubi tan
tum luminis erat ex circumstantiū claritate
fulgoris, ut proiectus in terram sursum aspi
cere nō auderem. Interrogatus condicionem
xpianum me esse respondi. Et ille qui pre
sidebat mentiris ait. Ciceronianus es non
xpianus. Ubi .n. est thesaurus tuus ibi est
cor tuum. Illico obmutui et inter verbera
nam cedi me iusserat ego conscientie magis
igne torquebar illum mecum versiculum
repetens. In inferno autē quis confitebitur tibi
Clamare tunc cepi et heiulans dicere. Mise
rere mei domine miserere mei. Hec vox inter
flagella resonabat. Tandem ad presidentis
genua provoluti qui astiterant precabā
tur ut veniam tribueret adolescentie et
errori locum penitentie commodaret. Exactu
rus deinde cruciatum si gentilium litterarum
aliquando libros legissem. Ego qui in tan
to constrictus articulo vellem etiam maiora pro
mittere, deum orare cepi et nomen eius obtestans

dicere. Domine si umquā habuero codices
seculares aut si legero te negaui. Inter hec
sacramenti uerba dimissus, reuertor a superis
et mirantibus cunctis oculos aperui tanto la
crimarum imbre perfusus ut etiam incredulis
fidem facerem ex dolore. Nec uero sopor ille
fuerat aut uana sompnia quibus deludimur.
Teste est tribunal illud ante quod iacui
Judicium teste est quod timui. Ultra michi
numquā contingat talem incidere questionem.
Nam fateor liuentibus habuisse me plenas
scapulas plagas sensisse post sompnum. Et
tanto dehinc studio diuina legisse, quanto
mortalia ante non legeram. Quodque preter
psalmorum et orationis ordinem, quod tibi ho
ra tertia sexta nona, ad uesperum, media et
nocte ac mane semper est exercendum, statue
quot horis sanctam scripturam ediscere debeas
quanto tempore legere, non ad laborem sed delec
tationem et instructionem anime. Numquam hec
finieris spatia et frequenter te ad figendam
genua sollicitudo animi suscitauerit, aut tere
da conpone que texta sunt respice que errata

Ad demetriadē uirginem.

reprehendere que sunt facienda constitue. Si tantis operum varietatibus fueris occupatus numquam tibi dies longi erunt. Sed quamvis estivis tendantur solibus breves videbuntur quibus aliquid operis pretermissum est. Nec ob servans te ipsum salvabis et alios et eris magister sancte conversationis multorumque castitatem lucrum tuum facies. Dicas et psalmum more die tuo in quo non dulce do vocis sed mentis queratur. Scdente a postolo. Psallam spiritu psallam et mente. lege rat enim preceptum. psallite sapienter. Nam clamor in scripturis non est vocis sed cordis. Sed numquid verborum multitudine flecti deus ut homo potest. Non enim verbis tan tum sed corde orandus est deus. Melius est septem psalmorum decantatio cum cordis pu ritate ac serenitate et spirituali hilaritate quam totius psalterii modulatio cum anxie tate cordis atque tristitia. Cantor quoque ap pellatur ut noveris ac fidianas et psalterias et istiusmodi quasi mortifera sirenarum carmina de turba excedibus. Sic autem excidenda est

Ad rust. monach.

Sup psalterium

Ad filippenses

Ad fruii de in dinitate fidicia

Ad aletii de ins titutione filie

anima que futura est templum dei. Quod
nichil aliud discat audire nichil loqui nisi
quod ad timorem dei pertinet. turpia nō in
telligat. Cantica mundi ignoret. Non sunt
contempnenda quasi parua sint sine quibus magna
constare nō possunt. Greca narrat historia a
lexandrum potentissimum regem orbisque domina
torem et in moribus et incessu leonidis pedago
gi sui nō potuisse carere uitiis quibus adhuc
paruulus fuerat infectus. Demonum itaque
cibus est carmina poetarum secularis sapientia — Ad fi[illegible] gr et lu
rethoricorum pompa uerborum. hec sua omnes — xuriosis filius
suauitate delectant. et dum aures uersibus — Ad damasum pp
dulci modulatione currentibus capiunt ani
mam quoque penetrant et pectoris interna deui
ncunt. Verum ubicumque summo studio fuerint ac
labore perlecta. nichil aliud nisi inane sop
num et sermonum strepitum suis lectoribus tribu
unt. Nulla ibi saturitas ueritatis nulla iu
stitie refectio reperitur. Studiosi eorum in fame
ueri uirtutumque penuria perseuerant. Michi — Contra paganos
autem cure nō est quid aristotiles sed quid pa
ulus doceat. Ornat enim doctrinam dei quia ea — Ad titum

que doitiom sue apta sunt faciat. Et econtrario
cofundat illam cui doitio sua displicet. Mo
nachus autem no doctoris sed plangentis
hz offitium qui uel se uel mundu lugeat
& domini pauidus prestoletur aduentum
Qui sciens inbecillitatem suam & uas fra
gile quod portat non timet offendere ne impin
gat & corruat atque frangatur. Seque mo
nachu esse no loquendo & discursando sed
tacendo & sedendo nouerit. Sit quoque termo
silens & silentium loquens nec altius nec tardius
incessus. Ad unusquisque quando ad commu
nionem ingredietur cum cautella tantum ac
cedat. Habeant ergo qui uolunt suas dulces
uase gemmato bibant serico niteant plau
su populi delectentur & per uarias uolunta
tes diuitias suas uincere nequeunt. Nos
tre diuitie sunt in lege dei meditari die ac
nocte pulsare ianuam & seculi fluctus do
mino fremente calcare. Preparemus igitur nobis
fortitudinem. Assumamus nobis perfectum
robur ut inter errorum tenebras & confusionem
noctis scientia xpi lumen dies que noster nu

Ad donionem

Ad marcellam de egritudine blesille

In translatione ieronimi/ patrum de greco in latino

Ad paullam de interpretatione ebraicorum questionum

lem habeat protegentem ut hys duabus ꝛ
ad titum sanctam peruenire ualeamus. Quid
enim erudicione melius, quid suauius dis-
ciplina, quid dulcius domino. Sit autem
nobis diuinum xᵖ lectio xp̄s quies xᵖ cogi-
tatio xᵖ. Que enim potest esse uita sine scien
tia scripturarum p quā etiam ipse xp̄s agnoscit
Qui alii que mella sunt dulciora quā dei
scire prudentiam. Sapiens quoqꝫ nūquam
solus est, habet secum oms qui boni sunt ꝛ
fuerunt ꝛ animū liberū quocūqꝫ uult trās
fert. Quod corpe nō pot cogitatione cōplec
titur, ꝛ si hominū inopia fuerit loquit cum
deo nec umquā minus est solus, quā cum
solus fuerit. Prima namqꝫ sapientia est ca
ruisse stultitia, sed stultitia caruisse ñ pot
ñ qui intellexerit illam. Sed uera quidē
sapientia est, imperfectum se noscere ac ut
sic loquar cunctorum in carne iustorum, imperfec
ta perfectio est. Parū tamē est scire quod nes
cias. sed prudentis hominis est noscere mē
suram suam : quā qui ignorauerit quanto
ampliora fecerit, tanto magis ad inferiora

Cōtra iouinianū
Sup ecclastien
Cont pellagnos
Cōt uigilantiū
Sup matheū

Ad paulum de studio septuaz.

In sermone sancti iohannis de uigilijs.

collabitur. Discamus igitur interris quorum nobis
sapientia perseueret meclis. De uigilijs.



Dignum est fratres aptumque prolius latiusque conueniens de sanctis uigilijs nunc dicere et proferre sermonem quando ipsa lucubratio exigitur a solitatis. Nox ecce est caligo corporibus. non solum homines sed etiam cunctos et in sompno detinet animantes ut reformatis uiribus per soporem possint diuturnos labores sustinere inuentes. Bonus deus qui ita prospexit ita constituit ut homo exiturus ad opus suum et ad operationem suam usque ad uesperum habeat uicarium tempus inquo adiuris laboribus et multa fatigatione requiescere preliistit. Nonnullos autem multos homines ut aut maioribus sine placeant aut si aliquid peculiariter possint noctis particulam ad aliquod opusculum segregare id pro lucro ducere quod furati de sopore suo operari potuerint. A salomone uero laudatur ut femina que pensat lanificium ad lucernam et uigilanter exercet. Addidit etiam quod ex hoc laus uiro eius importis et gloria magna nas

catur. Quod si in carnalibus instrumentis et
id est vestitu aut victu necessarius qui vigi
lat non reprehenditur ymo laudatur mirari
me fateor esse aliquos qui sacras vigilias tam
spiritali opere fructuosas orationibus et hymnis lec
tionibusque frequentandas aut superfluas extimant
aut ociosas aut quod hiis deterius impor
tunas. Et quidem si sint homines a religio
ne nostra alieni qui ista sic sentiunt non est mirum
quomodo enim prophanis religiosa placere
possunt quibus si placerent nostri essent quod
sumus. Si vero nostri sunt quos vigiliarum saluti
fere actus offendit ut nichil de hiis deterius
suspicer: aut pigri sunt aut sompnuculosi a
ut quod hiis est proximum senes sunt aut in
firmi. Si pigri sunt erubescant quia illis et
insopniant proverbia salomonis. Vade ad for
micam o piger et emulare vias eius. Si sop
niculosi sunt expergiscantur scriptura procla
mante. O piger quousque dormis. Quando
autem de sompno surgis modicum quidam dor
mis modicum sedes pusillum non complecte
ris manibus pectus. Si autem senex es quis te

compellit ut uigiles quamqꝫ ⁊ nō conpulsꝰ
pro etate uigilias. Et si stare nō potes. sed
tuam cogitas impossibilitatem. nō deles iu
uenes ⁊ ualentes ad tuum reuocare corpo
rem quos propter uarias temptationes iu
uentutis se ipos propensioibꝰ macerare ⁊
decet uigilijs. Nam athlete suis magi
stribꝰ fortiores sunt ⁊ tamen monet de
bilior. pugnat ille qui fortior ē. maxime
qr sancti corruunt si fuerint negligentes
⁊ peccatores pristinum recipiunt gradum
si fortes affectibus lauerint. hoc ideo dico
ut te nō terreant etiam descendentes sed pro
uocent ascendentes. Nil tam facile quam
otiosum ⁊ dormientem de alior labore ⁊
uigilijs disputare. Si nō infirmus es mē
bris. quod facere nō potes noli repreben
dere ymo riga ⁊ tu secūm propheta lacrimis
stractum tuum ⁊ dic. Si memor fui tui ⁊
super stractum meū. Junge etiam uigilan
tibꝰ. ut te precibꝰ suis iuuent. Quo adiu
tus a domino super lectum doloris tui ca
nere possis ⁊ quāqꝫ merearis dicere. Jn ma

Ad iulianum
consolatoria.

Sup micheam.

Jn sermone sti ie
ronimi de uigi
lijs.

tutimis meditabor in te quia tu fuisti adiuc
tor meus. Alioquin stultum et satis certane
um est ut quia ipsi currere non ualemus bene
currentibus derogemus. Nam et si non possimus
debemus congratulari potentibus. Sicut enim
de consensu malitie precipitatur cum facien
tibus pena sic participatio glorie speranda est
de consensione bonitatis. Alios enim districtus
coronat alios uoluptas pia letificat. Nec
sane onerosum uel difficile uideri debet etiam
delicatis corporibus in septimam dierum noctium
ue est sabbati atque dominice portionem ali
quam dei ministerio deputare. Ista .N. quam purifi
ficatio est dierum quinque uel noctium quibus
stupore carnali ingrauescimus aut munda
nis actibus assolitamur. Nec erubescat aliquis
in bono studio sanctitatis cum non erubescant
improbi in perpetrando opere feditatis. Meri
to quoque scriptura in prouerbiis ingerit. Est confu
sio que ducit ad peccatum. In bono enim
opere confundi peccatum est sicut in malo facien
endo non confundi pernities est. Si sanctus
es cum uigilias ut thesaurum tuum uigi

lando custodias et ipse in sanitate serueris. Si
peccator es magis curam ut uigilando et orando
purgeris dum tunso pectore frequentius
sic clamas ab occultis meis munda me et
ab alienis parce seruo tuo. Gustandus .x.
uidetur quia suauis est dominus sicut scriptum
est. Qui ergo gustauit intelligit et sen
tit quantum pondus pectoris uigilando de
ponitur quantus mentis stupor excutitur et
quanta luce animam uigilantis et orantis il
lustrat que gratia que uisitatio menbra u
niuersa letificat. Uigilando timor omnis ex

In sermone ut supra.

cluditur fiducia nalatur caro maceratur
uitia tabescunt caritas roboratur recedit
stultitia accedit prudentia mens acuitur
error absconditur dampnum caput diaboli
gladio spiritus uulneratur. Quid hac utili
tate magis necessarium. Quid istis lucris
commodius. Quid hac dilectione suauius.
Quid hac felicitate beatius. Teste etiam pro
pheta qui in principio psalmorum suorum beatum
uirum describens summam beatitudinem eius in
hoc uersiculo collocauit. Sed in lege dei et

meditatur die ac nocte. Bona est quidem di
uturna meditatio sed efficatior est noturna
Quia per diem necessitatis varie obstrepũt
occupationes distrahunt mentem sensum
duplex cura dispergit. Nox autẽ quieta nox
secreta oportuna se prebet orantib9 aptissima
uigilantib9 dum carnalib9 ocupationib9
expeditum collectumqꝫ sensum in totũ ho
minem diuinis ꝯspectib9 sistit. Curandum
est etiam ne inmietate cibi uel potus uigi
laturi pectus oneretur / ne crudelitates eruc
tantes et crapulam / nõ solum ipi nobis / sed
etiam grẽ spũtus indigni iudicemur. Er
go tamquã diuino futuri misteĩõ ante nos
per abstinentiam parare debemus / ut non
grauet expeditius uigilare possimus. Co
gitatio quoqꝫ mala pellatur / ne male uigi
lantis oõ fiat sic legitur in pectũ. Sũt
enim et ex maligno uigilie sic in prouerbijs
legitur. Ablatus est sopnus ab occulis eor
Non enim dormiunt inquit ñ male fece
runt. Absint. Absint ab hoc ꝯuentu tales ui
gilie. Sit potius uigilantium pectus cla

Ad rusticum or[?]

Ad matrem et filiam in galliam commemorantes

Ad demetriadem uirginem

Ad eletam[?] de institutione filie

usum diabolo. apertum vero ut quem labijs
sonamus corde teneamus. Tunc erunt
acceptabiles nostre uigilie tunc pernota
tio salutaris si competenti diligentia/ et
deuotione sincera ministerium nostrum diuinis
cultibus offeratur. De uestibus



bsisa[?] tunica uestiamus si uilis tu
nica contemptum seculi probet.
ita dum tegat ne animus tuus
tumeat ne habitus tuus moribus[?]
dissentiat. Nam uestis ipsa uilis et pulla ani
mi tacentis indicium est. Qui enim molli
bus uestiuntur in domibus regum sunt. Tales
namque uestes habeas quibus pellatur frigus
non quibus uestita corpora nutrientur. Que et
nec sint satis munde nec sordide et nulla et
diuersitate notabiles quia nec affectate et
sordes/ nec exquisite munditie conueniunt
christiano. Sed nec hoc ipsum est iactantiam
generit quod seculi iactantiam contempsisti
nec cogitatio tacita subrepat ut quia for
sitan[?] in auratis uestibus placere desisti pla
cere coneris in sordidis. Nichil enim in

utilim⁹ in hunc mundum nec auferre quit possumus. At nunc plerosq; uideas armaria stipare uestib⁹ tunicas mutare quoti die. & tamen tuneas nō posse supare. & qui religiosior est unum exterit uestimentū & plenis archis pannos trahit. Inficiūt membra ne colore purpureo aurū liquesat in litteris gemmis uestiuntur. & nudus ante fores eor xp̄s emoritur. Nulla .xx. tunica minus anni binni iacuerit sordi datur. Sit angulum laneū tota simplicitate purissimū & quod possit astringē magis uestimenta quā sancere. Idem semper habitus negleta mundiaes / in cultu uestis & cultus ipē sine cultu plumar quoq; molities uiuentia membra ñ foueat.

Ad marcellā de uita aselle. Ad salinnā de morte nebrion.

De laboribus manuum

Ad rusticū .oo.



Nec uacet mens uarijs perturbationib⁹ que si pectori insederint dominabuntur tui & deducent te ad delictū maximum. Facito aliquid opēis ut semper te diabolus inueniat occupatum. Si apli

habentes potestatem de evangelio vivere labo
rabant manibus suis ne quem gravarent et
aliis tribuebant refrigeria quorum pro spiritualibus
debebant metere carnalia. arctu musus tuos
succissiua non preparas. Vel fiscellam texe iun
co vel canistrum lentis flecte viminibus. Sa
rriatur humus. Areole equo limite dividantur
In quibus cum elementorum iactata fuerint semi
na vel plante per ordinem posite aque ducantur
irrigue. Inserantur infructuose arbores vel gem
mis vel surculis ut parvo post tempore laboris
tui dulcia poma decerpas. Apium fabricare et
alvearia ad quas te mittunt Salomonis
proverbia Et monasteriorum ordinem ac regiam
disciplinam in parvis disce corporibus. Texantur
et lina pro capiendis piscibus. Scribantur libri
ut et manus operetur cibum et anima saturetur

Ad rusticum mo. Nam in desideriis est omnis ociosus. Egyptiorum
monasteria hunc morem tenent ut nullum
absque opere et labore suscipiant non tam propter
victus necessaria quam propter anime salutem et
ne vagetur perniciosis cogitationibus et instar for
nicantis ierusalem omni transeunti divaricet

patres suos. Nec ideo tibi ab opere cessandum — Ad remetiatem ingenium
est quia deo propitio nulla re indiges sed
ideo cum omnibus laborandum est ut per occa
sionem operis nichil aliud cogites nisi quod
ad dominum pertineat servitutem simpliciter
loquar. Quamvis omnem censum tuum in pa
uperes distribueris nichil aliud apud Christum — Sup(er) sciam
erit preciosius quam quod manibus tuis ipse con
feceris. Sudore enim et labore nimio ad uber
tatem fructuum pervenimus.

De laude religionis indutione ad eundem

Ceterum quidem monasteria et — Ad iulianum exortatoria
multis a te per insulas dalma
tie sanctorum numerus sustenta
tur, sed melius faceres si et ipse
sanctus inter sanctos viveres. Difficile immo
impossibile est ut et presentibus quis et futuris — no.
fruatur bonis ut et hic ventrem et ibi mentem
impleat et de delitiis transeat ad delitias ut
in utroque seculo primus sit et in terra et in celo ap
pareat gloriosus. Quod autem asseris melius — Cont(ra) vigilantium
eos facere qui utantur rebus suis et paulatim
fructus possessionum pauperibus dividunt quam

illos qui possessionibus venundatis semel
omnia largiuntur non ante sed a domino res
pondebitur. Si vis perfectus esse. Vade et c(etera).
Nec a suo studio monachi detrahendi sunt
linguis viperinis et morsu sevissimo quibus
argumentaris et dicis. Si omnes se clauserint
et fuerint in solitudine quis celebrabit ecclesias
quis seculares homines lucri faciet. quis et
peccantes ad virtutes poterit cohortari? Hoc
enim modo si omnes tecum fatui sint sapiens esse
quis poterit? Si virgines omnes fuerint nup
tie non erunt interibit genus humanum. Sed
rara est virtus nec a pluribus appetitur. Et u
tinam hoc omnes essent quod pauci sunt de quibus
dicitur. Multi vocati pauci vero electi. Ideo et

Ad chorum monachorum

licet parvulus ex collo pendeat nepos licet
sparso crine ac scissis vestibus ubera quibus te
nutrierat mater ostendat licet in limine et
pater iaceat percalcato patre perge siccis
oculis ad vexillum crucis evola. pietatis
genus est in hac re esse crudelem. Gladium
tenet hostis ut me perimat et ego de matris
lacrimis cogitabo. delicatus es frater karissime

si hic uis gaudere cum seculo et postea regnare
cum xpo. Multa nos cogit facere affectus
et dum propinquitatem respicimus corporum — De ueste sacerdotali ad fabiolam
et corporis et anime offendimus creatorem. Qui
amat patrem aut matrem super xpm non est
deo dignus. Unde discipulus ad sepulturam
patris ire desiderans Saluatoris prohibetur
imperio. Quanti monachorum dum patris ma
trisque miserentur suas animas perdiderunt.
Super patre et matre positum nobis non licet
quantomagis super fratre sororibus consobrinis
familia et seruulis. Genus regale et sacerdo
tale sumus. Illum attendamus patrem qui
numquam moritur et qui ideo uiuens mortuus
est ut nos mortuos uiuificaret. Sola causa — Ad furiam de uirginitate seruanda
pietatis est ubi nulla carnis notitia est. Hono
ra patrem tuum si te a uero patre non separat.
Tamdiu scito carnis copulam quamdiu il
le suum nouerit creatorem. Alioquin dauid
protinus tibi canet: Obliuiscere populum
tuum et domum patris tui et concupiscet
rex decorem tuum quoniam ipse est dominus
deus tuus. Grande premium obliti paren

Ad .R. monac̄ᷣ. tis quia concupiscet rex decorem tuum. Solent
et enim miseri parentes et non plene fidei xpiani
informes et aliquo menbro debiles filios
quia dignos matrimonio non inueniunt re
ligioni tradere. Sed si tu perfectus esse deside
ras exi cum habraam de patria tua et de
cognatione tua et perge quo nescis. Et si
habes substantiam uende et da pauperibus
si non habes grandi onere liberatus es. Nu
dum xpistum nudus sequere. Grande hoc et
difficile sed maiora sunt premia. Magis enim
quilibet labor suscipitur si ante oculos proponatur
ipsius laboris utilitas. Sed et nauigantibus lon
ge serenitatis spem pollicetur nimis ualida et
Ad uirginem epistola consolatoria. diuturna tempestas. Sed cum nequeunt nos saltem
mulierculas sexus nos doceat infirmior.
Ad pisonem. Quanti diuitiis pariter et nobilitate pollentes
nolo earum uocabula dicere ne adulari uidear
relictis facultatibus pignoribusque contemptis
hoc factum facile iudicarunt quod tu propo
Ad paulinum de institutione monachi. putas timore difficile. Unde habeto et in his
simplicitatem columbe ne umquam machineris
dolos et serpentis astutiam ne aliorum supplan

terio inlions. Non multum distat inuntio uel decapere uel decapi posse xpianum. At illa tibi ad hoc de uariis floribus lumen exornent. Coluber ad bibendum ueniens in aqua uenenum deponit, ne eum uenenum aqua dictum occidat, nudum hominem timet, caput tantum celat suum quando patitur, ubi facis mortem suam. Serpens quidem si calamo percutiatur moritur, si uero iterum percutiatur confirmatur. Hiemali tempore infirmior efficitur et a sentibus deuinatur. Igitur ante hiemem circa se segetes colligit, ut illi escam x prebeant. Anguis quando senuerit perdit aspectum, et si uoluerit redire ad iuuentutem, ieiunat quadraginta diebus ut laxetur pellis et sic angustum foramen perquirit ut dum mittitur inde exire pellem senectutis dimittat. Pellicani cum suos a serpente filios mortuos inueniunt lugent et se ac sua latera percutiunt et sanguine excusso ad corpora mortuorum sic reuiuiscunt. Aquila quoque quando senuerit grauantur eius penne et oculi et querit fontem et erigit pennas et colligit

Ad phisiologum

In expositione symboli.

Ad virginem vel [illegible] consolatoria.

in se calorem et sic oculi ipsius sanantur et
in fontem se ter mergit et ita ad iuventutem
redit. Multa in scripturis dicuntur que
videntur esse incredibilia et tamen vera sunt.
Nichil enim ibi dicas impossibile ubi adest
virtus altissimi. Nichil de humana fragi
litate cogites ubi plenitudo adest deitatis.
Sed quid ad te iugum domini presentis
vite provocare conor exemplis cum nul
lum pene sciamus esse sanctorum qui proce
losum huius temporis agonem absque tribula
tione et tempestate transierit. Sic et enim bella
tor vulneris dolorem aut contempnit aut
nescit dum vivacitatis sensibus solam in
tetur cogitare victoriam. Et qui hiemis
tempore vadit ad balnea prius asperitatem
frigoris nudus pacienter excipit quia eum
futura calefactio consolatur. Omniumque fere
creaturarum difficile exultatio aliqua nisi me
rore precedente succedit. Sit ergo tanta in fu
turorum nobis fides ut ad modum non senti
amus nos illa sustinere que patimur sed
ea potius arbitremur nos obtinere quam credimus

Quanta autem apud deum merces si in presenti homines p̄cium nō sperarent. Quantis sudorib⁹ hereditas cassa expetitur. Minori p̄cio Margarita xp̄i emi potest. finis militie tueri regnum nō terre ⁊ tempōis sed eternitatis ⁊ celi. Nichil est fili quod possit aut debeat preferri ei qui est ipator eternus. Cui enim rectius nostram uitam inpendimus quam illi a quo eam accepimus. ⁊ cui eam usq; ad finem debemus. quia ipi⁹ beneficio uiuimus. Unde si maluerimus magis se celari militare quam xp̄o postea nō ad xp̄m sed ad gehenam transferimur. Igitur nec affectum. nec patriam. nec honores nec diuitias deo preferre debem⁹ quia sc̄ptū ē Preterit huius mundi figura. ⁊ qui hūc mundum dilexerint cum mundo peribūt Illi ergo militemus qui militantib⁹ ē gloriam uite eterne. honorē regni celestis. diuitias hereditatis sue ⁊ diuine cognitōnis consortium p̄ bene largitur. Nam nullus x. rex terrenus totius terre dominus est. xp̄s autem totius mundi rex est. quia om̄ia per

Ad nepotianū ⁊

uerus domin⁹ ⁊ uerus pater et

De trib⁹ genib⁹ uirtutū ad uitalē p̄sbiterū ⁊

xp̄m facta sunt. Et quia regnum celoꝝ vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud talis violē tia deo grata est. que neminem ledit nul lius dampno innititur. In hanc rapinam ma nus tuas mitte que crimen nō habet ⁊ confert salutem. Solationes enim nostre carna les quanto cariores sunt tanto plus nos discruciant ⁊ fatigant. prouide nūquā in carnalibus affectionibus ita requiescat animus ut cruciatu careat dum necessitudines su as aut bonas amet cum admittendi metu aut malas odiat cum admittendi voto. In utrisque sustinendis miseriis semper obnoxius est. Commuta igitur in melius vitam tuā ut etiam deo incipias militare ⁊ deū habeas pro

Sup li° iudicū

tectorem. Sunt tamen multi qui nō metu penarum sed benedictionum ⁊ repromissionū

In sermone xl°

deliciis veniunt ad salutem. Nichil enim est dignius quā ut homo sit auctoris imi

Ad paulinā de in stitutione monachi

tator. ⁊ secundum modum proprie facultatis divini sit operis executor.

Ad eustochiū

Nam qui esse vult nucleum oportet ut frangat nucem.

Ad .R. monachū

Alias enim rectius fuerat hominē subisse

uirginum et ambulasse per plana quam ad al
tiora tendentem in profundum i[n]ferni cadere.

De adulatione uitandis et periculis hui[us] uite.



Du[m] ardas laudatoribus tuis q[ui]
mo irrisoribus aurem non
libenter accomodes. Omnis fal
sa predicatio sectatur lucra [et]
et gloriam querit humanam. ut per gl[or]iam
nascatur compendia. Laudent te esurientiu[m]
uiscera no[n] ructantiu[m] oppulentia diuina. A
dulator quippe blandus inimicus est. Na
turali dulcamur malo si adulatoribus nostris
libenter fauemus. Quamq[uam] nos responde[a]
mus indignos et calidus q[ua]libet ora perfun
dat tamen ad laudem suam intrinsecus le
tatur anima. Sed ueritas angulos non
amat nec querit susurrones. Laus quippe
iustos cruciat iniquos exaltat. sed iustos
dum cruciat purgat iniquos dum letifi
cat reprobos monstrat. Nulli d[e]trahas. y
nec te ideo sanctum putes si ceteros laceres
Accusamus sepe quod facimus et contra nos
metipsos diserti in nostra uita inuehimur. ulti

de eloquentibus iudicantes. Numquam ergo
huiuscemodi hominibus applicaris ne declines
cor tuum in uerba malitie et audias. Sed et si
aduersus filium matris tue ponebas scanda
lum. Et apertius in ecclesiastico. Sicut mordet
serpens in silentio. sic qui fratri suo in occulto
detrahit. Sed dicis. Ipse non detraho, sed aliis
loquentibus quid facere possum. Ad excusan
das excusationes in peccatis ista pretendimus
xpc arte non illuditur. Nequaquam mea sed
apostoli sententia est. Nolite errare, deus non
irridetur. ille in corde, nos in facie intendimus.
Salomon loquitur in prouerbiis. Ventus aqui
lo dissipat nubes, et uultus tristis linguam
detrahentium. Sicut enim sagitta si mittatur
contra duram materiam, non numquam in mittentem
reuertitur, et uulnerat uulnerantem. iuxta illud
facti sunt in arcum prauum, et alibi. Qui
emittit in altum lapidem recidit in caput eius
Ita detractor cum tristem uiderit faciem au
dientis, ymo ne audientis quidem sed obtu
rantis aures suas, ne audiat iudicium san
guinis, illico conticescit, palet uultus, herent

labia salua fecatur. Vnde idem uir sapiens et
cum detractoribus inquit; non commisceaeris
quoniam repente ueniet perditio eorum et ru
inam utriusque quis nouit; tam scilicet eius
qui loquitur quam illius qui audit loquentem.
Et thimoteo dicitur aduersus presbiterum ac
cusationem cito ne receperis; peccantem autem co
ram omnibus argue ut ceteri metum habeant.
Non est facile de perfecta etate credendum
quam et uita preterita defendit et honorat
uocabulum dignitatis. Si me igitur ms cor
rigi delinquentem apte increpa; tantum ne oc
culte me mordeas. Corripiet me iustus in
misericordia et increpabit me; oleum autem pec
catoris non impinguet caput meum. Nam et
in dpatione duorum malorum leuius malum est
aperte peccare quam simulare et fingere sanc
titatem. Quid uulneribus tuis prodest si et
ego fuero uulneratus. An solatium perculsi
est amicum secum uidere morientem. Quid et
enim mihi prodest si aliis mea mala referas si
me nesciente peccatis meis; ymmo detracto
nibus tuis alium uulneres; et cum certatim et

Sup illa]am:~

Ad .R. monachum presbiterum aquilegiensem:~

Ad .R. monachum:~

omibus narres sic singulis loquaris: quam nulli alteri direris hoc est non me emendare sed uitio tuo satisfacere. Precipit enim dominus peccantes in nos argui debere secreto. uel adhibito teste. et si audire noluerint referri ad ecclesiam. habendosque in malum pertinaces quasi ethnicos et publicanos. Nam ingenua liberalitate educata facilius uerecundia quam metus superat. et quos tormenta non uincunt interdum uincit pudor. licet multo melius est timore penarum emendare peccata. quam sepe prosperorum diuine subiacere sententie. Qui enim non sensit deum per beneficia sentiat per supplicia. Ceterum grande peccatum est odisse corripientem. maxime si te non odio sed amore corripiat. Contra nos autem omnis consonat chorus et latrant uniuersa subsellia, iunguntur nostri ordinis qui et rodunt et rodunt, aduersus nos loquaces prose muti quasi ipsi aliquid sint quam monachi et non quicquid in monachos dicitur redundet in clericos qui patres sunt monachorum. Detrimentum pectoris pastoris ignominia est. Sicut e regione illius monachi uita laudatur

dicetur

da est qui venerationem habet sacerdotes et
non detrahit gradui per quem factus est xpia
nus. Nam quanto et timmias pretendimus be
neficia. Ipsorum malitiam bonitate nostra supe
ramus et molimus. duritiem et iratum animum
ad benivolentiam flectimus. Sed nec ille et
absque invidie infestatione esse potuit, qui so
li deo placere gestierit. Invidia enim non tam
humanas amicitias quam solam iustitiam
persequitur. Qui invidus est aliena felici
tate torquetur quoniam virtus semper invi
die patet. Difficile quoque evadit opprobria
cui est amica iustitia. Immo si quis pie vivere
voluerit iniqui protinus derisione blasphe
mant. Hec quoque consuetudo est detrahentis et
ut malum suum semper velit negando ge
minare et dicere se aut non fecisse quod fe
cit aut bono operatum esse zelo. Mirentur
ergo si contra me parvum homunculum immundi
sues grunniant et pedibus margaritas concul
cent meque procul ab urbibus foro litibus tur
bisque remotum sicque latentem repperit invi
dia. Tantum enim me diligunt heretici

Ad ebibiam de xii questionibus.

Ad virginem exu lem consolatoria.

In ecclesiastem de demetriade virgine.

De sermone xl.

Super psalterium.

In prologo hebraicarum questionum in genesis xxxii.

Ad pammachium et oceanum de libris origenis.

Cont pelagianos :-

Ad theophilu alexandrinu epm :-

Cont pelagnos :-

Ad uigilantiu :-

Ad sabianu diaconum :-

Ad furiam de uiduitate suadat :-

quod sine me esse non possunt. Omittam personas. Rebus tantum et criminibus est respondendum. Nil cause prodest maledicentibus maledicere, et aduersarios talione mordere cum preceptum sit malum pro malo nõ reddi. Unde nõ de aduersario uictoriam sed contra mendatium quesimus ueritatem et Sed nec timeamus odia subire quorundam Non enim debemus hominibus placere sed deo. At scitote me numquam hereticis pepercisse, sed omni studio peregisse ut hostes ecclesie mei fierent hostes. Unde meam iniuriam pacienter tuli, impietatem contra deum ferre nõ potui. Latrant canes pro dominis suis et in me nõ uis latrare pro Christo Sed falsus rumor cito opprimitur, et uita posterior iudicat de priore. Fieri quidem nõ potest ut absque morsu hominum uite huius curricula quis pertranseat. Malorum enim solatium est bonos carpere. Dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum. Sed tamen cito ignis stipule conquiescat, et exundans flama deficientibus nutrimentis

… ipsi fale … Sumere uinctis … ore … epistolam

mentis paulatim emoritur. Nam si an̄
anno p̄to fama mentita est aut si certe ue
rum dixit cesset uitium cessabit et rumor.
Prima namq̄ uirtus monachi est ꝯtēp
nē hominū iudicia. Jḡ nō timebo hominū
iuditium habiturus iudicem d eum. Cu
piunt enim uiam nō suam sed alienam
discutere uitam. Sed qui amicus ē etiā
praua recta iudicat. Inuenti enim sunt
laici tantum ad detrahendum qui eos se
doctos ostentare uelint si cunctorum uitam
lacerent. Sed nichil deo clausum est tene
bre lucent apud eum. Fuge tamen et tu in
quibus potest male ꝯuersationis esse sus
pitio. Nec paruum habeas illud sufficit m̄
ꝯsciencia mea nō curo quod de me loquāt̄
homines. Et ecce apostolus prouidebat bo
na nō solum coram deo sed etiam coram ꝫ
hominib⁹ ne p illud nomen dei blasphemare
tur in gentibus. Nec nolebat se iudicari ab
infideli ꝯsciencia. Scandalizat inquit esca
fr̄em meum in eternum carnes nō manducabo. Tolle
iḡ occasionem nolentib⁹ occasionē. Nam cal

Ad pamachiū de dormitione pauline.
Ad iulianū aquilegiensem diaconum.
Ad pamachiū i apologetico.
Ad acheruntiā de monogamia.
Contra iohem epm ihosolimitanū.
Ad uginē exulē ꝯsolatoria.

Ad pamachiū de morte pauline

tigare incetur alium quisquis ab eius conuersa
tione dissentit. Sic et nos in ista prouincia edi
ficato monasterio et diuersorio propter structo. ne et
forte et modo ioseph cum maria in bethleem ueniens nō
inueniat hospitium. Tantis de tanto orbe con
fluentibus turbis obruimur monachorum ut
nec ceptum opus deserere nec supra uires
ferre ualeamus. Unde quia pene nobis illud
de euangelio contigit: ut future turris nō ante
computaremus inpensas compulsi sumus fra
trem paulinianum ad patriam mittere et semi
ruptas uillulas que barbarorum manus effu
gerunt et parentum communium census uende
ret ne ceptum sanctorum ministerium deseren
tes risum maledicis et emulis prebeamus.

De sermone xl

Unde omnia plena sunt laqueis omnia plena
periculis. Incitant cupiditates insidiantur
illecebre blandiuntur lucra dampna deterrent
Amare sunt obloquentium lingue nec semper
sunt ueraci ora laudantium. Unde scient
odium hinc decipit officium. Et facilius est
uitare discordem quam declinare fallacem.

Ad elinodium de uirginitate sancte marie

Silua succeditur ut postea recidatur. Ideo ager

sentur ut metatur. Jam plenus ē orbis t̃ra
nos nō capit. Quotidie bella secāt morbi su
trahunt naufragia absorbent ⁊ nichilominꝰ
detrahimus ⁊ litigamus. Video quoq; in ec
clesia imperitissimos homines quosq; florē
et quia nutrierunt frontibꝰ audaciam ⁊ vo
lubilitatem lingue ꝯsequuti sunt dum nō
recogitant quid loquantur prudentes et
eruditos arbitrantur maxime si vulgi fa
uorem habuerint qui magis dictis lenocini
bus cōmouentur. Et econtrario video eru
ditum virum latere in obscuro ⁊ persequutio
nes pati, et nō solum in populo gr̃am nō
habere sed inopia ⁊ egestate tabescere. hec
autē fiunt quia nō est in presenti meritorū
retributio sed in futuro :- De iuramento et
vindicta ac mendatio. A. Stultilo quid prohi
O Jxisti enim fallor in lendis :-
re te mala malis reddere ⁊ ab
iurantibus iurare debere quia
aliquando iuravit dominus;
aut mala malis restituit. Scio primū non oīa
nobis ꝯvenire sed ius que domino ꝯveniūt

In ecc̃iasticum :-

De vindicta ⁊ iu-
ramento atq; de ob-
dientia ⁊ scientia

ne in compatione famulorum domini intrat iniuria. Alioquin forsitam reclamaret in ea primus cur nō e uirginibus, sed de aliis mulieribus generamur aut cur mortui nostri die tertia nō resurgunt. Iurant sanctos sepe dominus, qui nos iurare prohibuit. Nec statim ex hoc timere blasphemie debemus quod alios uetuerit, quod dominus ipse faciebat quia dicta nobis potest, iurauit dominus qui dominus quem nemo iurare nō licet qui dominum nostri lege iurare uetamur. Verum nō meus exemplo scandalum patiamur ex quo tempore nos iurare nolint nec ipse iurauit. Et qualiter de iuramenti causa breui sermone satisfactum est, ita etiam ad iudicem negotium hunc eundem sensum faciale prospicias posse sufficere. Quia aliud est nunc tempus gratie in quo plenitudo perfectionis aduenit, aliud fuit legis aliud prophetarum, dicente domino. Audistis quia dictum ē antiquis ne occiderent. Ego autem perfectiora precipio que in ordine euangelii digesta suo loco lector inue

prohibebat. Nobis qui filius iurare

niet. Ex quo enim filius dei filius hominis
factus ē, ex quo uetus fermentum iudai
ce tradictionis est factum noua sparsio
ex quo agnus nō in figura sed in ueritā
te comeditur. ex quo secundū apostolū
uetera transierunt, et facta sunt omīa
noua. ex quo iussum est ymaginē terre
hominis deponere et assumere formam
celestis. ex quo cum mortui uiuimus, et
eo uirtutib9 con surreximus in xp̄o. uita
te ergo nō discas mentiris sacrilegium et
putes. Ammonendi itaq; sunt omīs, ut
diligenter caueant periurium nō solū in
altari seu sanctorum reliquijs sed etiam cū
comuni loquella. Omne enim q̄ nō edi
ficat audientes in periculum loquentium
uertitur. Veritas quidem claudi et ligari
potest, uinci nō potest, que et suorum pau
citate contenta est, et multitudine hostium
nō terretur. possunt tamen homines, quis
iusti aliqua simulare pro tempore ob suā
aliorum q; salutem. Consideremus ergo q̄t
loquamur, quia pro omī uerbo ocioso re

Ad deam de inst itutione filie
Sup matheū
Ad fabiolā de ueste sacerdo tali
Sup ieremiā
Sup galatias
Ad ephesios

Sup matheū

Ad ephesios

In tractatu fidei ac dulitatis et dilatōis vite ēanorum

diturri sumus rationem in die iudicii. Ver-
bum quidem ociosum ē quod sine utilita
te dicentis et audientis profertur. Stulti-
loquium autem extimo nō illorum tamen q̄
aliqua turpia narrant ut risum moveant
et fatuitate simulata magis illudant illis
quibus placere desiderant. sed etiam illorum
qui sapientes seculi putantur et de rebus
phisicas disputantes dicunt se harena ht
tot guttas oceani et celorum spatium terreque
punctū liquido complexisse. De patientia et
reconciliatione. ac mortuis non lugendis.



Nunciam nobis de patientia et
eius bonis loquendum ē. Est
igitur patientia omnium iniuriarum
et passionum tollerantia et expecta
tionum omnium sine precipitatione sufferētia
qua si quis intellexerit et habuerit contraria in
te gravia baiulat bona omnia continet. Sordit
habet spem et fines eius sunt res bone oēs.
Patitur enim libenter qui sperat et sperāda
tollerat. Inpacienter enim fertur quod non
speratur. Omni autē virtute patientia prefert

quod spe peruenite consolatur aut spes fructus
patientie subsequatur. Nec matre gaudet si
de gubernaculum habet domini. consaentuam genus
et propinquitatem. Unde gloriosi dei testes effi
ciuntur dum fide pleni dñi dei timore solia
ti, dum continentie discipuli. Dum filii spei du
ce sapientia reperiuntur. deinde coheredes x
dum illum usque ad mortem patientie uirtu
tibus imitantur. Unde tu passus iniuriam — Ad .R. monachum
taceas nam uincet patientia. Sanctus enim — Ad hiriam de in
amor impatientiam non habet. Mansuetu — dintate fuida
do namque nulla passione turbatur et specia — Ad ephesios
liter ira et furore non rumpitur quam qui et
habuerit beatitudinem consequetur domini
uoce premissa ut terram possideat id est im
peret dominetur corpori suo. Nulla enim res — Sup ioelem prophetam
ita inebriat ut animi turbatio. Est tristi
tia que ducit ad mortem. Et hec abhominan
da tristitia est. Est quidem ira que iustitiam
dei non operatur et furori proxima mentis et
sine impetum fiat intantum ut labia tre
mant dentes concrepent uultus quoque palo
re mutetur. Animi non letitia interdum de — Sup ysaiam

loris cordis uel corporis mitigat. Quod si ad egrotationem corporis accedat egritudo animi duplicatur infirmitas dicat quoque apostolus sol non occidat super iracundiam uestram. Quid agemus mode nostri super quorum ira non unius diei sed tanto rum annorum sol erit testis. Igitur mitescat se uitia et mansuescat iracundia remittant sibi inuicem culpas suas ne sit exactor innocentie qui petitor est uenie. Grauioris offensa est nolle placare quem offenderis. Quamquam affectus et perturbationes quamdiu in tabernaculo corporis huius habitamus et fragili carne circumdamur moderari et regere possumus amputare non possumus. Ideo psalmista dicit: Irascimini sed noli te peccare quia irasci hominis est et finem ire ponere christiani. Inter quosdam ait iam te necleribus necassem nisi iratus essem. Inde enim iusti dicuntur dum omnia opera paciencter operantur. Multo quoque melius est stomachum dolere quam mentem imperare corpori quam seruare gressu ira

De sermone xl.

Super ieremiam

Ad demetriadem uirginem

Ad saluinam de morte nebridii

In tractatu sermonis de quod uite christianorum

allatre quam putrida. Nec statim nobis pe nitentie subsidia blandiantur que sunt in felicium remedia. Cavendum est vulnus quod dolore curatur. Quid enim boni habeat sa nitas languor ostendit. Nam plus sensimus quod habuimus postquam habere desinimus nec scire possimus egrotationis mala nisi cum fuerit sanitas subsequuta. Et quantum boni virtus habeat vitia demonstrant. Cla rius quoque fit lumen comparatione tenebrarum. Sed et considerremus quid et hic ille psalmus sonet. Justus es domine, et rectum iudici um tuum. hoc non potest dicere nisi ille qui ad universa que patitur magnificat do minum et suo merito imputans in adver sis de eius clementia gloriatur. Necesse est enim ut qui se credit dicat in christo in omnibus christi moribus gaudeat dicens sanus sum gratias refero creatori langueo et in hoc lau do dei voluntatem. Quando enim infirmor tunc fortior sum, et virtus spiritus mea in infirmitate perficitur. Nam fortitudo corporis imbecillitas anime est et rursum anime

Ad pammachium de morte pauline.
Ad .x. monachum de penitentia.

Ad paulum con solatoria super dor mitione blesille.

Super amos prophetam.

Ad paulam sup dormitione ble sille :~

fortitudo imbecillitas corporis est. Patitur et apostolus aliquid quod nō vult pro q̄ ter dominum deprecatur. Sed dicitur ei sufficiat tibi grā mea. Nam virtus in infirmitate p ficitur. Cur igr durum sit quod quandoque pa tiendum est. Dolemus autē quemq̄ mortu um. Sed hoc enim nati sumus, ut manea9 eterni. Lugeatur mortuus sed ille quem gehē na suscipit. quem tartarus devorat in cuius pena eternus ignis estuat. Nam mors nr̄a peccatum est. os nō quoꝝ exitum angeloꝝ turba comitatur quib9 obviam xp̄s occurrit. grauemur magis si diutius in taberna culo isto mortis habitemus. Ceterū nōne vereris. ne tibi saluator dicat. Irasceris quia frat̄ tu9 meus factus ē filius indignaris de iudicio et meo et rebellib9 lacrimis facis iniuriam possi denti. Cibum tibi negas nō ieiunioꝝ studio sed doloris. Non amo frugalitatem istā. Nul lam animā recipio que volente separatur a corpore. Tales stulta philosophia habeant martires habeant zenonem vel catonē. Si viventem crederes fratrem nunq̄ plangeres

Ieiunia ista adversarij mei sunt.

ad meliora migrasse. Nam sicut preter hanc uitam est uita alia beatorum · ita pret hanc mortem est mors alia impiorum. Aduersum mortis ergo duritiam et crudelissimam necessitatem hoc solatio erigimur quod in breui uisuri simus eos quos dolemus absentes. Neque enim mors sed dormitio et sompnus appellatur. Nos dolendi magis qui quotidie stamus in prelio et peccatorum iaculis sordidamur et accipimus uulnera. Absit tamen a fide nostra ut aliquam plagam dicam esse que non habeat consolationem · cum philosophia proclamet Cum quid medicus non est in galaad. Deus enim permisit te istius seculi fluctibus uentisque iactari · ut exceptus naufragium de cetero similiter perecitam caueres. Ita cuncta que passus est sicut intelligis uulnera corporis tui sic anime remedia sunt. Breuis enim uite spatium eternam memoriam compensabit.

De testamento gerunti


Ad theodoram ispanam de morte lucini

Ad euagrium presbiterum leuita lapsorum

Ad marcelam consolatoria in adam fiorum

Ad paulam consolatoria super morte blesille

De tribulationibus et obprobriis pluribus



Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnum celorum beati estis cum uos male

dixerint homines et persequuti fuerint et di
xerint omne malum aduersus nos. gaude
te ergo et exultate quia merces uestra co
piosa est in celis. Futurae uite gloria presentis
uite incomodis compatitur, precipue quia
non qui patitur sed qui facit contumeliam
miser est. Unde et christianis uexilla crucis
sunt delitie. Trophea nostre uite non pompis
sed miseriis importantur. In nostra classe mi
ri fortes obprobriora sciunt portare non
munera. Nam et uincula uoluntaria sunt
et uestitur in amplexus. Si quis autem
corpore imbecillis est, si adsit sapientia
omnia aduersarii id est diaboli certamina
uincat: precipue quia liberi arbitrii
sumus, sed ipsum dei nutritur auxilio.
Quodque paupertati non nobilitati futu
rorum beatitudo promittitur. Retrahit
quidem uerecundia senatorem ne sequatur
pauperem christum. Sed audiat christum. Qui
me confusus fuerit et mea uerba in ge
neratione hac et adultera et peccatrice, et
filius hominis confundet eum in gloriam

Ad marcellum presbiterum :~

De uindicta et iu ramento atque de obi am et scientia :~

De xlii mansionibus filiorum israel :~

Super parabolas salomonis :~

Ad thesiphontem urbicum :~

patris sui cum angelis sanctis. Turpe est
inter parentes senatorem pro uolunta
ria uoluntate humilitate esse deiectum.
Displicet amicis si post ambitiosi habitus
cultum plebeia et ignobilia indumenta
mutentur. Sed si hominibus placere uellem
Apostolus xpi seruus non essem. Et prophe
ta in psalmo. Quoniam deus dissipat ossa eorum
qui hominibus placent confusi sunt quoniam
deus spreuit eos. Quantum bona est huma
na offensio per quam inuenitur seruitus dei.
Tantum pernitiosa est amicitia que dei pre
stat offensam. Sic scriptum est. Qui uoluerit
amicus fieri huius mundi inimicus dei consti
tuetur. Dicat unusquisque quod uelit ego et
iterum de me pro sensus mei paruitate
iudicaui melius esse confundi coram peccato
ribus super terram quam coram angelis sanctis
in celo, uel ubicumque uoluerit nutum sui
dominus demonstrare. Unde Isaias in sua gen
te nobilissimus qui socer regis ezechie fu
isse refertur iussu dei deposito cilicio nudus
incedit. Nec tamen audiui precepti pudore

Ysaias sua gente [illegible]
nobilissimus, socer re
gis ezechie

Ad pamachium
in apologetico z

perterritus est quominus dei imperium seque
retur quia nichil honestius esse hominum quam
creatori suo parere iudicabit. Johannes quoque
baptista nobilis et in carne et in spiritu natus a
litium apuertia in habitum et locustas ele
git in cibum, qui nec parata conscientia nec
paupertatis inopia ad huius gloriam oneris
sed sola futuri seculi beatitudine trahebatur
Inde et apostoli stulti et inutiles et tenues fuisse
arguuntur. Unde paulum apostolum profera
quem quotiens lego videor michi non verba au
dire sed tonitrua. Qui oculo mentis futura
contemplans dicebat: Quis nos separabit
a karitate dei? Tribulatio? Angustia? An per
secutio? An fames? An nuditas? An periculum?
An gladius? Illos pericula non separant nos
non voluptates. Illi cathenas baiulant in no
centes nos aurum crassissimus criminosi. Illi in
carceribus iuncti nos in triclinijs delicatis.
Illi in inferno positi deum puro corde et sincera
cogitatione laudantes nos in ipsa forte ec
clesia de forensibus calupniis cogitamus. Et
cum omnibus equaliter legis data gratia genua

67

seu regna promissa sunt alii divitias alii de
virtutibus meditantur. Cumque dictum sit
generaliter omnibus dominum deum tuum ador-
bis et illi soli servies alios innocentia nonnulla
castitate ieiunio deo fideliter et sine cessatione
servientibus nos nobis adulteros quibus servi-
re nolumus elegimus. Si quidem iuxta evan-
gelii sententiam omnis qui facit peccatum
servus est peccati. Revera si amator pecunie
sum. si glorie si superbie. si ambitionis aut po-
pe/dum illi omne studium mee voluptatis
impendio / domino servire non possum / quia
duobus dominis neminem posse servire
scriptum est. Non estis vestri dicit apostolus
Empti enim estis pretio magno. glorifica-
te et portate deum in corpore vestro. Clemens
spiritus sanctus nostro iure duenit saeculi hoc
usu publico apud omnes homines custodita
ut tanto servus in opere domini esset ac-
cautior quanto maiori esset precio compa-
tus ut intelligamus quam strenui esse debeant
in ope dei qui redempti sunt sanguine xpi
vel quam animosi debeant indicari quod cum

sciunt pro precio sue salutis x̄ sanguinez datum/ alterum qui nichil prestit magis prebeant seruitutem. Rogo quo pudore z obsequiu aut laboris sin mercedem sperabit a celo/ cuius fuerit soliaturo omnis i ttra. Mercenarius seculi nō potest accipere premium xp̄i. Omnis miles in castris iure sperat ānonam qui fortiter inprelio pro ciuib9 laborauerit. Dignus est quidem mercenarius mercede sua. Nemo tamē militans deo implicat se negotiis secularibus/ ut placeat ei cui se probauit. Apostoli uox est. Amplectenda est igr̄ tristitia que gaudia parit nec cuius considerāda materia quia se perdulcedinē fruct9 placet qui amarū horruit inradice. Et qui litterarū scientiam habere desiderat/ si discendi nō susceperit tedia/ peritie gaudia adipisci nō poterit/ nec cuiusquam eruditionis quisqz hr̄e sufficiet gliam z nisi estus fuerit ante perpessus. Cumqz z nos dei auxilio destitutos/ hostis inuaserit/ duxeritqz captiuos/ nō desperemus

De xlij. mansionibus filiorū isrl'

salutem. sed iterum ascenenuir ad plum
Potest fieri ut uincamus ubi uicti sumus
et in eodem loco triumphemus. ubi fuimus
ante captiui. Nam si iuuat dominus mi
seros habemus salutem. si despiciat pecca
tores habemus sepulchrum. Multo g
uior expectata quam illata mors est. Ad
hoc enim laboreamus et in seculi huius
perichtemur militia. ut in futuro seculo
coronemur. Nec mirum hoc de homini
bus credere cum dominus ipse tempta
tus sit. et de habraam scriptura testetur
quod deus temptauerit eum. Quam ob
causam et apostolus loquitur. Gaudentes
in tribulatione et scientes quod tribulatio
patientiam operatur. patientia probatio
nem. probatio spem. spes autem non confun
ditur. Scriptum est etiam. Quia propter
te mortificamur tota die et extimati sumus
ut oues occisionis. Sed magna miserie
consolatio est quando in tormentis quis
positus sit prospera sequuntur. De terrore et
ultimum mortis et defectu huius uite.

De uita captiui monachi quem malchus

Ad remetiendam uirginem

Super danielem

De iniudicta et iura
mento atque obe
dientia et saetia

Notandum est

Nec satis timeo ne forte in illa
tribulationis die qua ante tri
bunal christi unusquisque secundum
sua facta recensendum est, hiis qui
interdum magis negotiis quam in celestibus
laboraverunt iusti iudicii responsione dicatur
Ite si potestis et illic ubi tota devotione ser
vistis mercedem vestre servitutis exigite.
Talis causa est virginum de evangelio quin
que stultarum que dum solicitudine secularium
vanitatum se contra professionis sue ordinem
occupaverunt. oleum unde verum lumen acce
derent non habentes in tenebras remanserunt.
Ecce enim si umbrato repente celo solis cla
ritas nostris aspectibus denegetur et produc
te in immanem humilitatem pluvie terras inundant
si commotis ut assolet elementis ut in rotam
suam aeris tonitrua detentur et inde hinc
fulgurum iacula palpebris terribiliter obiec
ta corruscent quamquam consuetudine ista
contingant pavemus contremiscamus et proni
ad terram deposita superbia cervices submit
timus. Quid faciemus in illa die in lei qui

revolupto

do reuolupto celo cum angelicis uirtutibus
igneus dominus totus aduenerit quando ca
dentibus stellis desuper sol in tenebras et in
sanguinem luna mutabitur. Quando montes
sicut cera liquescent. Quando terra ardebit et
arescent flumina et maria siccabuntur contra
rerum naturam insipido diuinitus humore
ariditatem in aquis signis operabitur quando
peccatores dicent montibus cadite super nos et
collibus tegite nos. quando discrimina uerte
tur in uota et quod semper timuerunt homines
concupiscent quando illud implebitur tempus
quod lugubri. Hic ieremias dicat affectu dicens
Respexi terram et ecce non erant luminaria et
vidi montes et ecce erant trementes et omni
si colles turbati intendi aciem et ecce non
erat homo. et omnes uolucres celi pauebant.
vidi et ecce carmellus desertus et omnes ciuita
tes succense igni a facie domini et a facie ire
indignationis eius et interierunt uniuersa.
Verum ne suggestione diaboli hec ad terrorem non
ad ueritatem dicta crederentur de preteritis fu
tura probantur quando talia in diluuio In

sodomis. in egipto. in ierosolimis sepe ob delic
Ad eliodorum mo nachum ta hominum facta referuntur. Sed ueniet il
la dies qua corruptum hoc et mortale incor
ruptionem induat et immortalitatem. Tunc
ad uocem tube pauebit terra cum populis et
tu gaudebis iudicaturo domino. Lugubre
mundus immugiet. Tribus ad tribum et
ferient pectora potentissimi quondam re
ges nudo pectore palpitabunt. Exhibebitur
cum prole sua uenere tunc igneus iupiter.
Adducetur et cum suis stultus plato discipu
lis. Aristotelis argumenta non proderunt. tunc
rusticanus et pauper exultabis ridebis et di
ces. Ecce crucifixus deus meus. Ecce iu
dex qui obuolutus pannis in presepio ua
git. hic est ille operarii et questuarie filius
hic qui matris gestatus sinu homo deus fu
Coccineo grece git in egiptum. hic uestitus. Et hic qui
flauus et rubeus sentibus coronatus. Cerne manus iudee
quas fixeras. Cerne latus romane quod fode
ras. Videte corpus an idem sit quod dice
Ad fabiolam de ueste sacerdotali batis clam nocte tulisse discipulos. O quot
uirgines, et quantorum sperata pudicitia in

dis morti dehonestabuntur et quantorum pudicitia infamata adeo mortem coronabitur. O quantis morte illa expedisset si membrorum sensu et uiscerum uigore in hac uita caruissent. Et quanti illic elingues et muti fe liciores loquacibus erunt. et quanti pastores philosophis quanti rustici auctoribus et quanti hebetes argutis preferendi sunt Ciceroni. ibi enim cum ante tribunal xpi uenerimus Scimus nec Job nec danielem nec noe rogasse posse pro quequam sed unum quemque portare onus suum. Igitur siue leges siue dormies siue sedes siue uigilabis. Amos tibi semper buccina in auribus sonet. Et apostoli qui hunc horrendum diem impiis et peccatoribus promittere meruerunt humiles erant mortuos suscitantes et nos super omnes erigemur qui peccando quotidie nosmetipsos occidimus non respicientes in nobis flebilem infirmamque naturam que nec in aduersis fortis est nec in prosperis aliquando secura. Si enim intemperate cibus sumptus aut inmoderate potius acceptus leuem

Ad pamachium de dormitione pauline.
De immodicta et iuramento.

corpori febrium calam datarit, cruciamus
animam affligimur suspiramus. Nulla cu-
ra tunc est seculi nulla uillarum. Nemo de patri-
monio cogitat. Nemo de foro. Omnis columi-
ne. Omnia lucra in periculo corporis conquiescunt.
Currunt ad medicos et pro remedio carna-
li promittuntur munera. Aurum argentum
interdum etiam mancipia traduntur. Et
pene totum patrimonium aut negligitur aut
donatur ut consulatur uite quantocumque periclitatur
et pro eius salute omnis ad modum homo
negligens est. Omnis auarus illic. Omnis
frugalitas largitoris animi tenacitate
constringitur. Ubi promptior uoluntas et co-
piosior largitas deberet operum. Et cum scrip-
tura dicat, nolite diligere mundum nec ea
que in mundo sunt sic mundana concupis-
cimus sic amamus, quasi aliquid nascentes
intulerimus in seculum aut recedentes de
seculo nobiscum auferre possimus. Nemo
..ad breuitatem temporis, nemo ad natu-
re respiciat conditionem, nemo consideret nemo
retractat uana esse omnia que aliquo fine

clauduntur. Labuntur enim tempora et
preterita relinquentia ad futura festinant.
Sed dominus scit cogitationes hominū
quoniā uane sunt. Cumque omīa cogitaue
rint per annos triginta una febricula
uenit et tollit omēs cogitatōnes illorum.
Nam sicut mane uirens herba floribus
uernans delectat oculos contemplantium
paulatimque marcescens pulchritudinē per
dit et in fenum quod conterendū ē uertit
ita species hominū. Hernat in paruulis flo
ret in iuuenib⁹ uiget in perfecte etatis ui
ris et repente dum senescat incanescat ca
put, rugitur facies cutis prius extensa con
trahitur, hoc etiam languor faciat et me
dia ut uultus prius pulcherrimus ad
tantam transeat feditatem. Tamen qui
cotidie recordatur se esse moriturū con
tempnit presentia et ad futura festinat.
Sed quanto in hoc seculo persecutionib⁹
paupertate inimicorū potentia uel mor
borum cruciatib⁹ fuerimus afflicti tanto post
resurrectionem in futuro maiora premia

Ad fabiolā de ueste sacerdota li.

Super psalte rium.

Ad ciprianum in expositione ps lxxxiiij.

De diuisis generibus lepre.

De uindicta et iuramento.

consequemur. Igitur in die mortis securus inuenietur si nulla dei offensa in eo reperiatur. De his ergo tantum sollicitudinem et curam habere debemus que nobiscum transferre possumus. Ambiunt terrena gentiles quibus celestia nō debentur. Concupiscunt presentia qui futura non credunt.

De uirtute humilitatis et simplicitatis ac tumenti animo euitanda

Ad nepotianum.



Caue ne rumunsculos hominū aucuperis, ut offensā dei populorum laude commutes. Per bonā et malā famam a dextris et a sinistris xpi miles gradit. nec laude extollitur, nec uituperatione frangitur, nō diuitiis tumet, non contrahitur paupertate, et leta contemnit et tristitia. Nam iusti et fortis uiri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari sed in utroque esse moderatū. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectum iter precū tuarū frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias et ostentui habere philate

Super iohēm apostolum.

Ad nepotianū.

na et conscientia repugnante pharisaica et
ambitione circumdare. Fidelis lector me-
cum intelligit quid taceam, et quid ma-
gis tacendo loquar. Quanto melius erat
hoc in corde portare quam corpore, et deum habe-
re factorem non aspectus hominum. Quamvis Contra pelagianos.
enim aliis intus carere possimus, hypocri-
seos tamen maculam non habere aut nullorum
aut paucorum est. Sed sicut deprecantis hu- Ad cyprianum in ex-
militas meretur premia ita superbia con- positione ps. lxxx.
fitentis dei auxilio deseritur. Tu autem et
frater inferius accumbe ut minore adve-
niente sursum iubearis ascendere. Super
quem enim ait dominus requiescat spiritus
meus, nisi super humilem et quietum et
et trementem verba mea. Sed vis scire qua- Ad nepotianum.
les dominus querat ornatus, habeto pru-
dentiam iustitiam temperantiam fortitudi-
nem, his plagis celi includere. Hec te quadri-
ga velut auriga Christi ad metam concitum fe-
rat. Nichil hoc monili preciosius. Nichil
hac gemmarum varietate distinctius. Ex omni
parte decoraris et ornamento sunt tibi etiam

Sup isaiam :~ tamen philosophorum sententia est. Sibi se
rere uirtutes. Et apostoli iacobi. qui unam de
Sup naum prophetam :~ fuerit omnes deesse. Et sicut iiii.or sunt uirtutes
quibus pugnamus et tegimur. sic quatuor
sunt uitia quibus ab hoste percutimur. stulti
tia. iniquitas. luxuria. formido. sed malitia
Sup parabolas :~ finem non habet. Cognate quoque sunt e uirtu
tes. rectitudo et simplicitas nec ab inuicem
separari queunt. Simplex humilis et rusticus
qui archana sapientie comprehendere nequit.
si eum sapientium exempla imitando sectatur.
iure inter sapientes connumerabitur. Melius
est enim parua bona cum caritate facere siue fa
centia quam magis effulgere uirtutibus cum
Sup danielem :~ admixtione discordie. Excelsa namque peri
culosius stant. et citius corruunt que sublimia
Sup ezechielem :~ sunt. Sed perspicuum est omnem creaturam
quamuis ad perfectionem ueniat cum indige
re misericordia dei et plenam perfectionem ex
Sup psalterium :~ gratia dei non ex merito possidere. Nichil sic
placet deo sicut simplicitas et innocentia
Unde spiritus sanctus in uolatilibus non apparu
it nisi in columba propter simplicitatem et quadru

proximus in omne propter mansuetudinem. Illud quoque tibi uitandum est cautius ne uane glorie ardore capiaris. Cum facias elemosinam deus solus intueatur. Cum ieiunas leta sit facies tua. Nec ad te obuiam pretereuntium turba consistat. ut digito demonstreris. Nec satis religiosus uelis uideri et ne plus humilis quam necesse est, nec gloriam fugiendo queras. Plures enim paupertatis misericordie ac ieiunii arbitres declinantes in hoc ipso placere

: Et nimirum inmodum laus dulcis uitatur appetitur. Ceteris perturbationibus quibus mens hominis gaudet et egrescit sperat et metuit plures inuenio expertes. Hoc uitio pauca ad modum sunt qui caruerunt. Igitur non queras gloriam et cum fueris gloriosus non dolebis. Qui enim uerba increpantis humiliter recipit uicinam propinquam ueniam habet reatus quem gessit. Grauius est enim perficere malum quam facere. Non est tamen tante uirtutis ab aliis facta iniuriam sustinere quam gratie domini est placidum mitem ac tranquillum iniuria facere non posse. Neque uero te moneo ut de diuitiis glorieris

Ad custochium de uirginitate seruanda.

Super matheum.

Super paulum ad.

Super naum prophetam.

Ad custochium de uirginitate seruanda.

ne de geñis nobilitate te iactes nec te cetis
preferas. Scio humilitatem tuam. Scio te
ex affectu dicere. Domine nõ ẽ exaltatum
cor meum: neq3 elati sunt oculi mei. Stul
tissimum quippe ẽ docere quod noverit
ille quem doceas. Vox ex industria quasi
cfecta ieiuniis tenuis nõ sit et defficiens.
Sunt quippe nõnulli exterminantes facies
suas ut h apparant hominib9 ieiunantes
qui statim ut aliquẽ viderint ingemiscunt
dimittunt supercilium et operta facie vix
unum oculum librant ad videndũ. Vestis
pulla cingulum sacceum et sordidis manĩ
b9 pedibusq3 venter solus quia videri non
potest estuat cibo. Hijs quotidie psalmus
ille cantatur. Deus dissipavit ossa homi
num ꝗ placentiũ. Tristitiam simulant et
quasi longa ieiunia furtivis noctium cibis
protrahunt. Pudet reliqua dicere ne vi
dear invehi potius q̃ monere. Omnia hec
argumenta sunt diaboli. Imitare igr eũ
potius cuius pallor ex ieiuniis et elemosine
in pauperes obsequium in servos dei hu

Ad fiīā de in
dinitate fuadet

militas cordis et uestium, ac in cunctis ser
mo moderatus. Irate quoque te illi annus h
mo cessius doctrina uirtutum est. Non dum
natam affectes eloquentiam, nec more pu
erorum argutas sententiolas inclausulis et
strues. Hec preteriens tergi ut eruditis con
temptus auribus non magno opere cures. quod
imperatorum de ingenio tuo rumusculi iac
titent; sed prophetarum quotidie medullas et
bibas. Quod si patricii generis inter mona
chos esse cepisti, non sint tibi rumoris, sed hu
militatis occasio. ut imiteris filium homi
nis qui non uenit ministrari sed ministra
re. M. iam quanto humilior tanto sublimi
or es. Lucet margarita in sordibus. Quantum
cumque enim te deieceris humilior tamen non eris.
Ideo quamquam michi multorum sim conscius peccatorum, et quotidie in orationibus flexis — Ad abigaum vel pamum :~
genibus loquar. Delicta iuuentutis mee
ne memineris. Tamen sciens dictum ab a
postolo. De inflatus superbia incidat in
iudicium diaboli. Et alio loco scriptum est.
Superbis deus resistit. humilibus autem

dat gratiam. Nichil ita a pueritia vitare co
natus sum quam tumentem animum et erec
ta cervicem dei contra se odia provocantem.
Novi magistrum dominum et deum meum
in carnis humilitate dixisse. Discite a me quia
mitis sum et humilis corde. Et ante per os
David cecinisse. Memento domine David et
omnis mansuetudinis eius. Et in alio loco
legimus Ante gloriam humiliatur cor viri

De xlij mansionibus

et ante ruinam elevatur. Nichil enim ut
crebro diximus tam periculosum est quam glorie
glorie cupiditas et iactantia, et tumens ani
mus conscientia virtutum. Ideo certe plus est

Ad oceanum de morte Fabiole

animum deposuisse quam cultum. Difficilius
arrogantia quam auro caremus et gemmis.

Item alia epistola

Ad salvinam de morte nebridii

Nichil itaque prodest vile palliolum furva
tunica, corporis illuvies, simulata paupertas
si nominis dignitatem operibus destruas
si inter sordes et inopias peccata non caveas
fidele namque testimonium est, si non habet causas

Ad eliodorum monachum

mentiendi. Cui enim plus creditur plus ab
eo exigitur potentes potenter tormenta
patientur nec enim quisquam de corporis tantum

modo castitate supplantat. cum etiam cõ
uiuium infirmitatem hominum sit reatus? Ca
dit quidem mundus et ceruix erepta nõ
flectitur. Pereunt diuitie et nequaquam
cessat auaritia. Congregate quoque multa festi
nant que rursus ab aliis occupantur :~

De humilitate est quam debemus imitari :~

Xps baptizatur a seruo et a deo
filius appellatur. Inter publi
canos meretrices et peccato
res ad lauacrum uenit, et
sanctior et baptista suo. Qui de celo uenit
in uterum, de utero in presepe, de presepe
in crucem, de cruce in sepulchrum, de se
pulchro ad inferos, de inferis uictor re
meauit ad celos. Imitemur ergo saluato
rem nostrum quia ipse mitis et humilis pastor.
Agnus et aries appellatur qui pro nobis
immolatus est qui ab isaac cornibus tenetur
in sentibus. exequo nil hac humilitate su
blimius. Qui bethleem in hoc paruo fora
mine celorum conditor natus est. Hic inuolup
tus pannis, hic uisus a pastoribus, hic mõs

In sermone de epiphania :~

Sup psalterium :~

De epiphania in sermone :~

Ad marcellam de uele [illegible] :~

De humanitate domini.

tatus a stella. Hic adoratus a magis. In
baptismo x̄ humilitas nr̄a sublimitas il
lius. Crux nr̄a victoria. Illius patibulū
nost triumphus est. Cum igitur lauachrum
et crucis signum in frontibus demū inspexe
rit contremescat. Qui aurea capitolia non
timent crucem. Qui contempnūt sceptra re
galia, et dapes x̄anor et purpuras celar,
sortes tantum et ieiunia pertimescūt. Iu
bet enim xp̄s ne quis discipulorum dicat,
quod ipse ē xp̄s. Mira ratio nō vult p̄dicari
qui gaudet intelligi, agnosci, amat et
odit ostendi : magis vult se inventum
esse quā proditum, ut virtus sua illum,
non favor manifestaret alienus. Que

Ad damasum de frugi et luxurio sibus filiis.

autem maior nō potest esse clementia q̄
ut filius dei hominis filius nasceretur.
decem mensium fastidia sustineret, ptus
expectaret adventum, involveretur pannis
lubricaretur parentibus per singulas adole
ret etates, et post contumelias vocum ala
pas et flagella crucis quoque pro nobis fie
ret maledictum ut nos a maledicto legis

absolueret pat' factus obediens usque ad mor
tem ut id opere compleret quod ante ex
persona mediatoris fuerat deprecatus dicens
Pater uolo ut quomodo ego et tu unum su
mus ita et isti nobis unum sint. Ergo qui
ad hoc uenerat ut quod erat impossibile
legi quia nemo in ea iustificabatur inef
fabili misericordia uinceret publicanos
et peccatores ad penitentiam prouocabat.
Unde nouum et mirabile est apud nos. Deus

De hoie pfecto:-

solus potens se amat solus irascitur nisi pe
tatur. Illo enim tempore quo supplicia me
rebamur. deus argumentum salutationis os
tendit ut intelligere possemus quantum ua
leret prestare nobis Iesus qui tantum donaret
iratus. Amemus et nos xpm et eius querimus

Ad eustochium de uirginitate seruanda:-

amplexus et facile uidebitur esse omne diffi
cile breuia putabimus uniuersa que longa
sunt. Quodque beata dei genitrix a filio suo

Ad paulam et eustochium de assumptione uirginis marie:-

non didicit celos fabricare, angelos creare
mira deitatis insignia operari sed tantum
humilitatem ceterarumque uirtutum documen
ta intra humilitatis custodiam aggregare. De iusticia:-

In tractatu hõi cie 7 ɔ̃ũsatõis inte xanon



Ed iam de iustitia disseramus que est singulariũm rerũ 7 personarum equissima distributõ. quã q̃s obtinens 7 an adlx rens intam suam disposite 7 sine turbatõne ɔseruat. Custodit in omĩb⁹ equitatem sit q̃d deo debeat quid sanctis 7 coequalibus reddat quid nõ denegeret potestatib⁹ secli quid s retineat quid proximo competat quid alienis concedat aut ɔgruit. iustum est enim deũ colere 7 diligere extoto corde 7 ex tota anima 7 ex tota uirtute. sanctos 7 coequales honorare. tributa impendẽe potestatibus superbum nõ esse sed magis mitem 7 humilem. proximos tamquã se diligẽ alienos 7 inimicos non persequi odio sed amare subiectum esse p̃ribus uel etate maiorib⁹ Quia 7 dominus cum esset omnĩu dñs a Johne q̃ maior ẽ innatis mulierum: quia p̃or ab illo in natiuitate hominũ erat baptizatur 7 sic adimplerẽ omnem iustitiam protestatur Ex hac misericordia nascatur obsequium dei hũai generatur in hys hominib⁹ quisquis inue

nitur non muneribus in xpo dicatur permanere
quoniam hec omnia ipse vere est. paulus nos gloriosus
informat et instituit de xpo dicens. Qui
est nobis a deo iustitia et sanctificatio et re
demptio. Item alio loco. Qui est nostra et pax et
dilectio quam greci agapem vocant. In
quo enim sicut sequatur iustitiam negat
iniquitatem. Stultus si confiteatur dei sapi
entiam negat stultitiam. Quodque sapien
tia fortitudo temperantia et castitas solum
prodest habentibus iustitia non aliis etiam
miseris prodest que patrem vel fratrem non
novit sed novit veritatem personam non
accipit sed deum imitatur. Discite ergo
benefacere. Virtus enim discenda est. Nec na
ture tantum bonum sufficit ad iustitiam
nisi quis erudiatur congruis disciplinis
Discenda ergo iustitia et magistri sapien
tie terenda sunt limina. Secularis autem
iudex acceptis muneribus condempnat inson
tem et reum liberat quod interdum de ec
clesie principibus dici potest quod propter
munera lacerent legem et non producant

Ad algasiam de questionibus
Super psalterium
Super ysaiam
Super abacuch li° secundo

In tractatu fidei :-

[E]uiditum ad fidem. De fide spe et timore :-

Est autem fides ut inquit apostolus substantia rerum quas speramus et iudex rerum quas non uidemus. Credere et fidere quis debet quod deus ea que promisit potens est et adimplere, et spem suam in futurum transferre, et tunc fides plena poterit ad ea que promissa sunt fideliter peruenire. Nec nobis inuisibilia ante oculos ponit. Ad hanc ingressi et diaboli et potestatum huius mundi et harum tenebrarum uniuersa delemus deo cum fiducia proximamus. Credere enim et sperare necesse est que deus iussit, et que diabolus insinuerat abnegamus. Fidem spes sequitur. Itaque de ipsa loquamur. Est igitur spes expectatio omnium rerum futurarum quia soluamur Paulo dicente apostolo Spe enim salui omnes sumus. Spes autem que uidetur non est spes. Quis autem sperat quod uidet. Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus, hec in se habet

timorem non illum dico cuius obliuisa et
quem foras debet mittere quisquis in fide
uiuit; sed qui unus est de spiritibus quibus
replebitur ihesus. Sicut ysaias testatur. E
xiet uirga de radice iesse et flos de radice
eius ascendet et requiescet super eum spiritus
sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitu
dinis, spiritus scientie et pietatis, et replebit eum
spiritus timoris domini. Illud spiritum quem da
uid canit dicens. Timete dominum iusti eius
Unde et beati efficiuntur, eodem potest ante
et dicente. Beatus uir qui timet dominum
Illum dicit timorem qui castus est et pu
dicus quoniam timor domini castus in
quid dauid permanet in seculum seculi. Ergo
duplex est timor. Unus appetendus et alius
fugiendus. Est igitur timor appetendus a
monitio et custodia rerum omnium quas
credimus aut speramus. Timemus enim
iudicium quia speramus et metuamus et
illum quia fortem iudicem credimus.
Vera namque uita est deum nolle timere
eius penitentiam et amare pietatem. Mi

De homine perfecto.

Conf pelagianos :-

Super iohelem prophetam :-

mor namque uirtutum est custos. securitas ad lapsum facilis. Si pauorem habueris solicitus eris et si solicitus fueris leo maculas omnium tuarum mutare non poterit. Quod ad propositos eciam uel ad anime custodiam pertinet. Qui cautus est et timidus potest ad tempus uitare peccata. Qui securus est de iusticia repugnat deo. Illiusque auxilio destitutus incursionis hostium patet. Numquam tuta est humana fragilitas et quanto uirtutibus crescamus tanto magis timere debemus ne de sublimibus corruamus. Si iuxta ecclesiasten radix sapientie timere deum: fructus sapientie quis est nisi uidere deum. Bonum autem diligit qui non iniunctus aut necessitate aut legum metu facit bonum, sed id adeo quia bonum est et ut in accedere boni operis beat.

De caritate et pace.

In tractatu super epistulam cati euangelista his et dilatatione magistri amoris :-



Ad karitatem nunc transitum faciamus quae maior est. Inter cetera sic fatetur omnibus magna paulus. Manent autem tria hec. Fides. Spes. Dilectio. Sed maior hijs dilectio est. Est ergo dilectio uin

culum animorū. Casta sincera et sine emu
latione. Karitas consumatio omnium mā
datorum breuitas omnium preceptorū quā
quis eam habuerit sine hac in aliis remanet
imperfectius. Et ut cognoscat uestra pru
dentia quantum caritas ualeat legimus
responsum domini in euuāgelio dicentis q̄
cum interrogaretur sic ait. Diliges dominū
deum tuum ex toto corde tuo ⁊ ex tota anīa
tua ⁊ ex tota uirtute tua ⁊ diliges proxi
mū tuum tamquā te. In hiis duob9 precep
tis tota lex pendet ⁊ prophetie. Vides in hac
sola uniuersa legis cauta pendere. Vere quis
qs hanc habet uim deus ⁊ dei filius dici po
test. Ex hac sola deo poterit similis esse. Con
sidera qui deum diligit nunquid sperat
nunquid timet nunquid fecit. Non sed
tantum diligit. Deus inquid paulus cū
dilexisset mundum misit unicū filiū suū
in similitudine carnis peccati ut de peccato
condempnaret peccatū in carne. Qui prepo
nit eam nobis rebus omnib9 dicens. Et si
loqutus fuero linguis hominū ⁊ angelorū

caritatem nō habeam factus sum sicut ere
mentum tinniens, aut cymbalū cōcrepans
·Et si habuero prophetiam ⁊ cognouero
om̄ia misteria ⁊ om̄em sciētiā ⁊ si habu
ero fidem ita ut montes transferam, et si
distribuero om̄ia mea in cibos pauperum
⁊ si tradidero corp⁹ meum, ita ut ardeam
caritatem autē nō habeam nichil sū. Ka
ritas magna nimia ē. Karitas benigna
est. kar̄itas nō emulatur non inflactur nō
agit perperam, nō irritatur nō cōfundit.
nō querit que sua sunt, nō cogitat malū
nō gaudet sup iniustitiam, gaudet autē
ueritati. Om̄ia sustinet. Om̄ia credit. Om̄ia
sperat. Kar̄itas numquā excidit. Nichil
enim amantib⁹ durum est. Nullus ē di
ficilis labor cupientib⁹. Solus autē ille la
bor amor probabilis ē, qui deo ⁊ uirtutib⁹
anime coaptatur. Nichil ē enim quod nō
tolleret qui perfecte diligit. Qui autem
clementiam nō habet nec indoctus ē ui
cera misericordie ⁊ lacrimar̄ quāuis spiri
tualit̄ sit nō adimplerit legem x̄. Yntelle

Ad eustochiū de uirginitate seruanda.

Sup cantica ad galatas.

gitur quod beatus iohannes evangelista. Cum
ep(h)esi senex iam inter discipulorum manus de
ferretur. nichil aliud per singulas solebat
proferre collectas. nisi filioli diligite alterum
trum. Discipulis autem petentibus quare semper
per id diceret respondit. Quia preceptum
domini est et si fiat solum sufficiat. Sed ob
secro te ne amicum qui diu queritur. vix
invenitur difficile servatur. pariter cum oc
culis mens amittat. nam amicitia que de
sinere potest. numquam vera fuit. Vera namque
amicitia nullo livore sociata in quantum au
getur. non tanto decrescit et dolore. Declina
igitur a malo et fac bonum. quere pacem et per
sequere eam. Nisi oderimus malum bonum
amare non possumus. Quinimpotius faciendum
est bonum ut declinamus a malo. Pax que
renda est ut fugiamus bella. Nec sufficiat
ea querere nisi inventum fugientemque omni
studio persequamur. que exuperat omnem
sensum in qua habitatio dei est. dicente
propheta. Et factus est in pace locus eius. Isterum
nus itaque inter fratres dividit. Quodquod

Ad Rufinum presbiterum in epistola de bono eo.

In ecclesiasten.

Ad R. monem.

Sup osee ppha ergo separat fratres infernus est dicendus. Co
cordia enim parue res crescunt. hec et discor
Sup math xii dia maxime dilabuntur. Dulcis igitur persecutio
quitio pacis dicitur. iuxta illud apostoli hos
Ad r. monac pitalitatem persequentes. Et non leui ata
toque sermone et ut ita loquar summis la
biis hospites mulceamus. sed toto mentis
ardore teneamus quasi auferentes secum
de lucro nostro atque dispendio. De infirmis
et pauperibus

Ad custodiendam virginitatem seruandam Si quis ceperit egrotare transferatur ad e
cellam lautiorem et tanto
senum ministerio confoueatur
ut nec delitias urbium nec matris que
rat affectum. Nec liceat dicere anquam
tunicam et sacum textaque uincis strata non
habeo. Ita economus uniuersa moderetur
ut nemo quod postulet nemo habeat.

Ad r. monac Serua as fratribus hospitum laues pedes.
Ad paulinum Pauperibus et fratribus refrigeria sumptuum.
Ad damasum pp manu propria distribue. Quoniam quicquid
quod habent clericorum pauperum est et domus
illorum omnibus debent esse communes. Sus

ceptione enim peregrinorum et hospitium in
gilare debent. Docet salomon nunc operibus Sup parolas sa
insistendum nunc nostris studendum uiribus lomonis.
sed a deo esse auxilium flagitandum. Sed Ad pamachium de
esto quod equeris pauperibus inopum cellu dormitione pau
las dignanter introeas manus debilium line.
his aquam portes ligna scindas focum 3
extruas sed ubi uincula ubi alape ubi spu
ta ubi patibulum ubi mors. Cumque hec omnia
que dixi feceris Ab eustochio paulaque 3
uinceris. Hec dico non quo de ardore tue men
tis dubitem sed quo currentes impellam
et acriter currenti feruorem augeam.

De patientia hominis et pauperibus recte

Arripe ergo queso occasionem
casionem et fac de necessita Ad furiam de in
te uirtutem. Non querunt uiduitate seruanda.
in xpianis initia sed finis.
Paulus male cepit sed bene finiuit.
Jude laudantur initia sed finis proditio
ne dampnatur. Et licet deus non uult mor
tem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat:
tamen tepidos odit et cito ei nauseam faciunt.

Cuique plus dimittitur plus diligit. Unde
meretrix illa xpi dilectrix in euangelio bapti
zata lacrimis suis et crine quo multos an
te deceperat pedes domini tergens salua
ta est. Non quidem habuit crispantes mitras
nec stridentes calciolos nec orbes stibio
fuliginatos. Nam quanto fedior tanto
pulchrior. Que demum plorat ad crucem
unguenta parat/ querit in tumulo/ orto
lanum interrogat/ dominum cognoscat/ pergit
ad apostolos/ repertum nuntiat. Illi dubi
tant. Ista confidit. Non enim tam peccati
crimen arguitur/ quam velox conversio impeni
tentie celebritate laudatur. Nec deus co
geret penitere si non esset penitentibus veniam
concessurus. Nichil enim tam repugnat
deo sicut cor impenitens. hoc solum crimen est
quod venia consequi non potest. Precipue
quia non est iniustus dominus ut propter
multa mala obliviscatur paucorum bonorum
Immo de nullo sic irascitur deus/ quomodo si pec
cator superbiat/ et erectus ac rigidus non
flectatur in fletum/ nec misericordiam pos

Ad principiam virginem de explanatione xliiii psalmi

Ad evagrium presbiterum de lenita lapso

Contra luciferianos

Ad fabianum diaconem lapsum

Super aggeum prophetam

Ad ephesios

tulet pro delicto. Michol quia sic offendit dominum sicut erecta ceruice post peccata, et desperatio ne contemptus. Unde et uos non desperetis de uenia in scelerum magnitudine quia magna peccata magna delebitur misericordia. Nam et deus non uult inferre supplicia sed terrere passiuos. Ideoque ad presentiam prouocat ne faciat quod comminatus est. Demonum autem nullum est qui parcat omnes ad predam fes tim uenient ante faciem ipsorum uentus urens. et quicquid uultui ipsorum obuium fuerit urere desiderabunt et perdere. Sed nec quisquam per patientiam bonitatis dei depreeator suo rum impunitate contendat nec ideo illum ex timet dessensum quia nec dum est expertus iratum. Immo magna est ira quando peccan tibus non irascitur deus. Unde in ezechiele ad ierusalem iam non irascar et zelus tuus recessit a me. Sed re uera deus hominibus non irascitur sed uitiis que cum in homine non fuerint nequaquam punit. Habet autem et ira dei mensuras quantum et quanto tem pore et ob quas causas et quibus inferatur.

Sup ysaiam
Sup iohannem baptista
Sup abacuc
De sermone xlme
Ad christianum consolatoria cantatio
Sup danielem
Sup abacuc

Sup psalteriũ: Juxta illud quod scriptum est: Cibabis nos
pane lacrimarum in mensura. Misericordiã
igr adeo consequitur qui se putat esse miser.
Ad damasum pp̃: Nam deus qui nullis intra se superari in
ribus potest publicam tamen precabus
Super danielem c. iii°: innatur. Quanto ergo tempore te extulisse
nosti quanto tempore deliquisti tanto tem
pore humilia te ipsum deo et satisfacito ei in
Ad ephesios c. v°: confessione penitentie. Quoniam qui pec
cati est aliqua sorte maculatus de ecclesia
xpi non potest appellari nec xpo subiectus dici.
Ad pamachiũ et oceanũ et libr. origenis: Ig. que erravimus iuvenes emendemus
senex: iungamus gemitus et lacrimas co
pulemus culpas simplicater confitendo.
Nam qui post lapsum peccator ad ue
rum penitentiã se converterit cito a misericor
Sup daniele c. ix°: die iudice veniam impetrabit. Quoniam
apud deum non tam valet mensurã tẽpo
Sup naũ pphã: ris quã doloris nec abstinentia tantum
ciboz quantũ mortificatio vitioz. Sed
et magnum peccatum magnis diluitur
Ad d. R. de penitentia: nisiqz cruciatibus largitur culpaqz levis
presenti supplitio compesata sit. Et sic mag

num peccatum magna indiget misericordia. Concludit enim deus omnia sub peccato ut omnibus misereatur. Sed frustra uoce assumitur penitentia si permanent opera. Sed ne te diutius pertraham habeto pauca pro pluribus in quibus non tam ordo queritur quam profectus. Age ergo tu caue curre festina. Age ut in hac spiritualitate proficias. Caue ne quod accepisti bonum incautus et negligens castos ? amittas. Curre ut non negligas festina ut celerius comprehendas. Nam cepisse multorum est ad culmen peruenisse paucorum. Tribuat tibi xpistus ut audias et taceas ut intelligas et sic loquaris. De fine seductoris.

Sup mattheum.

Ad marcellam de diaplasmate.

De uita et iuramento.

Ad luciam lectam de uigilantium in epistola.



Et quoniam ita se natura habeat ut amara sit ueritas et blanda uitia extimentur ut paulus ait apostolus. Inimicus uobis factus sum uerum dicens. Ynde et qui Saluatoris dura uidebantur eloquia plurimi discipulorum retrorsum abierunt. Non mirum est si et nos ipsi uitiis detrahentes

Ad marcellam de onasso.

[illegible] nolis re[illegible] aut [illegible]

tes offendimus plurimos. Dispositum tamē nassum secare fetentem truncat qui strumosus ē. Quid tamen ad te qui intelligis innocentem. Nemo reprehendat quod aliquos aut laudamus aut carpimus. cum et in arguendis malis sit correctio. Ceterum et in optimis predicandis boni ad uirtutū studia concitentur. Nos enim ut satis hebreorum lectione detenti in latina lingua rubiginē obduxim⁹ intantū ut loquentib⁹ quoq; nobis stridor q̇dam nō latinus interstrepat. Unde ignoscite tarditati. Et si imperitus sum sermone in quid apostolus, sed nō scientia. Illi utrūq; nō deerat et unum humiliter renuebat. Nobis utrumq; deest, quia quod et pueri plausibile habueram⁹ amissimus nec scientiam quam uolebamus consequti sumus. Iuxta exopi canis fabulam. Dum magna sectamus, etiam minora perdentes. Non prolongabūtur ultra sermones mei quoscumq; loquor. Ea propter moneo et flens gemensq; contestor, ut dum hui⁹

Ad marcellā de uita aselle.

Ad eandem de ueste sacerdotali.

Contra fabianū lapsū diaconē.

Ad marcellā de eritu lee.

mundi uitam currimus nō duabus tunicas
id est duplicia uestiamur fide nō calciamē
tor pedibus mortuus intelliat opib9 pre
grauemur nō diuitiar onera ad terram
premant. Non uirge id ē potentie seculariū
queratur auxilium nō patrem ⁊ xp̄m ueli
mus hr̄e ⁊ seculum. Sed pro breuib9 et ca
ducis eterna lucrerdant. Sed ⁊ precor uos In libro monachū
qui fideles estis ut ita uitam uestram ⁊
conuersationē seruetis ne in aliquo ip̄i scā
dalum patiamini ul' aliis scandalum fa
ciatis. sed sit uobis sūmi studii summeq;
cautelle ne quis in hanc sanctor congrega
tionē pollutus introeat ne quis iebuseus
habitet in uobis. Dominus ih̄us conterat Ad paulā de in
sathanam sub pedib9 uestris. Et incolu tp̄tatōne he
mes uos ⁊ prolixa etate florentes xp̄us breor nōiū
deus noster tueatur omnipotens. Sed et Ad marcelli ⁊
sp̄us sanctus nobis prestare dignetur amphilicā de sta
ut in hoc seculo factores mandator suor tu animę
effecti in huius uite agone probati ⁊ fide Sup psalteriū
les inuenti spiritualib9 fructib9 ditati his
canentib9 mereamur adiungi. Ipi glia ⁊

De uita pauli p̄mi heremite ꝛ~

et imperium cum eterno patre et eodem sp̄u sancto in eterna seculorum secula amen. Ob secro quicumq; hoc legis ut ieronimi pecca toris memineris ꝛ~

Explicit doctrina beati ieronimi ex suis opibus egregie ordinata ꝛ~ ꝛ~



Incipiunt Rubrice testamenti b̄ti ieronimi ꝛ~

[illegible]

De dilectione seu caritate.
De mendatio.
De silentio.
De mala societate uitanda.
De iuramento prohibito.
De oratione.
De exhortatione.
De misfria binos inte.

Incipit testamentum beati ieronimi



EVERENDISSIMO patri damaso portuensi epo ac christianissimo teodoro senatori urbis romane clarissimo. Eusebius olim ieronimi discipulus pium affectum et gaudium. Deus omnipotens cuius omnia preit ante faciem eius qui et iustus et rectum iuditium suum reddens laborum mercedem sanctorum suorum. Pastor uerus et bonus in misericordia disponens omnia et congregans omnes suas in sinu suo nouissime diebus istis et

cursu intollerabili et onerosso agonis grauissimum. in quo et caro concupiscat aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem feliciter consumato portuque iam diu concupito de nauigatione huius maris procellosi in quo sunt reptilia innumerabilia et inimicorum agmina colluctantia ut decipiant et trucidant rectos corde iam obtempto et suum dilectissimum ieronimum exutum toga mortalitatis et putredinis huius carnis millenne perpetue immortalitatis brauijs decoratum ad celestem atrium euocauit ut quod uidebat hic in enigmate ibi uideat facie ad faciem. Quem cum extrema hora eius egredi de corpore urgeret iam complectis nonaginta ex sex annis febre extuans ... ualida suos circa se uoluit esse minum filios quos sicut nouellas plantationes stabiliuit a iuuentute sua. Quorum uultus luctu graues intuens ut pius et misericors his paulisper motus flectibus infremuit spiritu et lacrimans et inme aliquantulum eleuans oculos ple

na uoce inquit. Fili eusebi cur istas inutiles fundis lacrimas. Nonne uacuum est super defunctum producere lacrimas. Quis uiuens non uidebit huius corporis solutionem. Quod semel locutus est deus et audisti, quis ei contradicet. Et nosti nullum resistere posse sue uoluntati. Iam fili rogo non secundum carnem ambules. Flere desine. Certe nostre militie arma carnalia non sunt. Deinde uultu hilari et iocundo alacri uoce ceteros alloquens filios exclamauit. Cesset meror luctus habeat silentium una uox gaudentium. Quoniam ecce tempus acceptabile, ecce dies iubilationis et letitie, pre omnibus diebus uite mee. In quo fidelis dominus in uerbis suis et sanctus in omnibus operibus suis aperit manum suam ut meam exulem animam huiusque in carcere mortis huius obrea tum mei genitoris arte reuocet ad supernam patriam recuperatam filii sui sanguine precioso. Nolite flere mei dilectissimi quos semper habui in uisceribus karitatis

V. com. e. pro c. stud. ... [marginal note, faint]

imperpetuum gaudium meum ne prohibeatis
redire terre quod suum est. Corpus meum
statim ex integro terre date ex qua factum est:
ut redeat unde uenit. De pace.

[H]ortor uos karissimi mei et dilec
tissimi filii quos genui et cepi
in uisceribus ihesu xpisti per dilectio
nem et caritatem qua dilexi
uos: ut pacificati nunc pacem habeatis. De
cet namque uos tamquam dei ministros do
mesticos et amicos ad spiritualia hanellare:
ut sitis aliis ad exemplum. Uos qui spiri
tuales estis cur istas infructuosas funditis
lacrimas. Peccatorum recordatio nobis super
lacrimas moueat. Tanto prompti estote
ad lacrimas quanto prompti fuistis ad cul
pam. Siquis moritur non flecte. nam si ma
lus a morte cum penitentia fugit angeli ga
udent in celis. Certe si bonus peccato moritur
Angeli dolent. Me uero non tamquam morientem
lugeatis sed mecum tamquam portum salutis
attingentem gaudeatis. Quid denique melea
lius miseria huius uite, qua tot circumdamur

dolorum/et passionum agminibus/ut nul
la pene hora sit in qua uiuens quicu[m]q[ue] homo
a dolore immunis transeat. Si diues in diui
q[ue] angustiatur timore: ne quod possidet am
mittat. Si pauper numqua[m] quiescat: ut ine
mat. Si bonus hinc diaboli timet periculum:
hinc ne nauis mortalis corporis in huius mu[n]
di pelago naufragetur no[n] mediocriter p[er]tu
mescat. Id circo nullus sexus uel etas uel
conditio/doloris transit expers quousq[ue] in hac
mare et miseria uite. Si quid in me c[er]nitis
me quum imperciens iter dolete. Heu quod et
nauigantium per hoc mare magnum et spa
tiosum in quo sunt tot diuersa genera ini
micor[um] secundum cuiuslibet uirium quan
titatem colluctantia post multam nauigan
di felicitatem facultatem. post multas et
uictorias iam credentes finem capere per
optatum. aliqua diabolica sugestione i[n] hac
hora/ad laqueum perditionis/sua indiscre
tione peruenerunt. Heu quot hic uita co
mendati et fama/quibus unico peccati consen
su/dira mors imminet et ruina. De timore dei:-



D ano dum uiuitis timeatis fr̄es. prin
cipium sapientie ē timor domini. Vita
nostra militia super t̄ram. Qui hic ui
cerit alibi coronabitur. Dum hac pelle
tegimur nulla nobis inest certa uictoria.
Si noster genitor timuisset nūquā cecidi
sset. Principium omnium malorum sui presūp
tio. Qui nō timet de se presūmit. Quomo
do inter latrones quis onustus auro securus
graditur. Saluator quid aliud docet nisi
timere. Vigilate inquit q̄ nescitis qua hora
fur uenturus est. Nam si sciret pater fami
lias qua hora fur ueniret uigilaret utique
et nō sineret perfodi domum suam. Sūmus
ille clangor petrus. Sobrii inquit estote et
uigilate q̄ aduersarius uester diabolus
tanquā leo rugiens circuit querens quem
deuoret. Nemo inter serpentes cū securitate
habitat. Qui sanctior et sapientior ē plus
semp timeat. Nam qui altior ē ceteris ma
iores casus. Esca diaboli electa ē. De malis
nō curat quia sui sunt. Cecidit ille sapiens
Salomon cecidit et eius genitor dauid e

lectus secundum cor domini. Timeatis fr̄es
iterum rogo undiq; timeatis/ quia beatus
ē uir timens dn̄m. Et iterum. Si ↄsistant
aduersus eum castra nō timebit cor eius
si surrexerit in eum prelium in hoc sp̄abit. P
fectus dei timor foras mittit timorem
Timorem uanū nō hꝫ caritas. Caritas et
timor dei unum sunt. Considerans enim h
propheta/clamans dicebat. Confige timore
tuo carnes meas. Quis ex nobis ē sapiens
uidere dies bonos/ accedat huc ⁊ illuminet
et facies sua nō ↄfundetur. Qui timet dn̄m
faciet bona. ⁊ demorabitur in bonis anima
eius ⁊ semen eius hereditate possidebit ter
ram. Quoniam firmamentū est dominus
timentibus eum ⁊ testamentū ipsius ut
manifestetur illis. Si quid boni faciatis cum
magna cautella fiducia timeatis. Multi
bona faciunt quorū fructus surrepit hūa
ne laudis appetitus. Decem fuerunt uirgi
nes ⁊ tamen medie a celi hostio sunt exclu
se. Heu quot hodie sacro sunt renati bap
tismate. x̄ano finguntur nomine/quibus

foret melius non fuisse. Est enim gehenna his pena paganorum infinito minor quam malorum christianorum. Utinam non foret talium maior. Nauis undique sana unico submergitur foramine. Errauerunt homines in hac lata solitudine. alii colla auaritie iugo submittentes. alii luxurie feditate ut turpissime sue et deturpati. alii area inutilia diripienda occupati. Hinc abiecto rationis usu. cooperientes ut iumenta insipientia et utinam similes essent illis et ciuitatis noue ierusalem et non inuenerunt. In regnum celorum reprobus nullus ingreditur. Centuplo est arta uia eius quam creditur; quaminus larga sit uere timentibus. Timenti centurioni: promittit christus ad eum accedere. Presumenti regulo cum illo christus ire denegat. Uere non omnes hodie obediunt euangelio. Ueniet tempus dicebat apostolus in quo sanam doctrinam non substinebunt homines. Plures predicant. sed non omnes ueritatem predicant. Simplicium corda in peccatis alligant autem onera grauia. In peccatis minimis. in grauibus oculo transeunt annuenti.

Nota

Nota

de falsa

De falsa doctrina predicantium

Est enim doctor falsus/gladi9 anceps. hinc sanoit opere et exemplo. hinc destruit. et interficiat uerbis dolosis et iniquis. Quomodo ignis frigiditatem donat: aqua caliditatem: lapis quomodo sursum graditur: Vir luxuriosus quam predicabit castitatem. Si predicat que audientibus inde ueniat utilitas. Quia potest dicere audiens. ii quare predicas que opere denegas. Bene loquens ore, et male uiuens opere: semet ipsum dampnat. Plus enim tacens predicat quam loquens. Ecce quantum deo sit acceptabilis talis predicatio ostendit per psalmistam. peccatori dixit deus, quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum. Tu uero odisti disciplinam: proiecisti sermones meos post te. Multi legunt grimoria. adiscunt arcana. subtiliter disputant. ornate loquuntur ut a populo honores capiant/magistri in plebibus nominentur: et nichil faciunt: No.

Si experto arditur in ardore. Plus mo
uet corda hominum uite sanctitas, quam
ornata colloquia. primo facite et postea pre
dicate. Cepit ihesus facere preterea predi
care. Valet facere sine predicare, sed non
predicare sine facere. Non dixit deus qui
predicauerit uoluntatem patris mei sed
qui fecerit. Ergo cepit ihesus facere postea
predicare. Non uitupero predicationem
nisi non facientibus ea que predicant. Sub
tilium uerborum doctor tantum, et non ope
rum. est quedam leuis aurium inflatio
et uanitatis fumus. cito sine fructu pertran
siens. Intelligite fratres intelligite que di
co. Multo plus meretur qui facit et predi
cat, quam qui facit et tacet. Si bonum solum
facio, mihi solum prosum, et si predicans fa
cio, et mihi et aliis prosum. Unde qui ad iusti
ciam erudiunt plurimos. erunt quasi
stelle in perpetuas eternitates. Sunt enim
sancti predicatores. lux ad illuminandum.
quia per illorum doctrinam corda caligantia
et tecta nube peccatorum uero lumine qui

lucet in tenebris illuminatur. Sunt sal
etiam ad condiendum uerbum dei quod et
cibus est anime operibus bonis. Quilibet
sacerdoti iniungitur predicationis offitium.
dummodo sciat. Immo ut plus dicam. Qui
sciat et solum sciat et alios non docet tenebi
tur domino reddere rationem. Cum enim
iuxta apostolum Johannem qui odit fratrem
suum est homicida et qui habuerit substan
tiam mundi et uiderit fratrem suum ne
cessitatem patientem et clauserit uiscera
ab eo quomodo manet in eo karitas dei.
Quanto magis qui uiderit fratrem suum
errantem et mortalibus oppressum criminibus
et non ministrauerit ei uerbum doctrine ille qui
doctus est. Homicida est et sine caritate.
Timeatis o doctores et rectores quibus in
iungit dominus predicationis offitia si
non populo suo uerbum dominicum minis
tretis. Quot enim uel uestro exemplo et
uel uestri negligentia peccatis moriuntur.
tot de manu uestra requiret dominus.
Quanto enim estis altiores gradu. tan

to maioribus cruciabimini cruciatibus.

no Non estis domini sed pastores. Unus do
minus est et unus pastor principalis qui
cognoscat oues suas et exquiret eas de
manibus uestris. Heu quot hodie in ecclesia
non pastores sed mercenarii ad quos nichil
pertinet de omnibus ihesu christi. Immo ut uera dicam
ipsimet sunt lupi rapaces qui oues rapi
unt et dispergunt. Certe nil peius nil ab
hominabilius quam cum ille qui custodire
debet dissipat. Heu quod hodie in aliquibus
ecclesie non pastoribus sed destructoribus quibus
non est pars minor factum est. Substantiam
et labores hominum tamquam infernus in
satiabiliter deglutiunt. et non solum eos a
peccatis non emundant sed et ipsimet sui ipso
rum uel ex negligentia uel sua pessimis
ministris uel suis nephandis operibus eos
trahunt ad illicita. Ita quidem dicam quod
hos tales si impunes deus relinqueret deus
amplius non esset. et ideo ut sepe dictum. Filii ka
rissimi dum uiuitis seruite domino in timo
re et exaltate ei cum tremore. Apprehendite

disciplinam eius ne quando pereatis de via iusta. Gustate filii mei karissimi iterum dico gustate et videte quoniam suavis est dominus. Divites eguerunt et esurierunt et dormientes hic in divitiis et voluptatibus suis nichil invenerunt in manibus suis inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Iunior fui et senui et numquam vidi iustum in fine derelinqui nec semen eius querere panem.

Imitatores paupertatis De paupertate.
estote ut sequamini vestigia eius qui cum in forma dei esset portans omnia verbo virtutis sue manus domo sunt divitie et gloria semet ipsum exinanivit formam servi accipiens et pauper inops natus est. Pauper et inops fuit quousque vixit. Pauperrimus mortuus est et sepultus. Unde vulpes inquit itidem foveas habent et volucres celi nidos filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Apostolus etiam iubet non portare sacculum neque peram. Et ibus iuvenim consulunt vendere que habebat et pauperibus erogare. Si xpm deum creditis eum non

falli posse credit. Alioquin non esset deus. Et si ipm non falli posse creditis. Ipm sequimini. Inpossibile ē diuitys corde affluere ꝛ xp̄m sequi. Nam denegat ut dta mileantur. Non possumus deo seruire corde ꝛ mamone, aut ego fallor aut ipi in fine decipientur qui m̄ nō credunt cum diuitie sue transierint in egestatem. Diues hic epulabatur quotidie indu. tus purpura ꝛ byssso sed mortuus, quod moysi ꝛ prophetis ꝫ nolunt credere in tormentis positus sensit. Nemo militans deo implicat se negotys secularib9. Non saluabitur rex p multam uirtutem suam. nec diues in diuitys suis.

E st enim superbia [De superbia ꝛ] equus diuitiarum fallus ad salutem. Nōne diuitys iuncta est superbia. Ubi superbia ē ibi perme. Nonne — omn̄a oriūtur mala ex superbia. tanquā ex una radice. Cum enim diues factus est homo, ꝛ cum multiplicata fuerit glia domus eius Nōne superbit, ꝛ cum superbierit: nōne polluuntur me eius

in omni tempore. Et tunc sedens insidiis cum
divitibus in occulto, ut interficiat innocen
tem / oculi eius in pauperem respiciunt. et in
sidiatur in occulto cogitat ut interficiat
innocentem / oculi eius in pauperem respici
unt : et insidiatur in occulto ut rapiat eum
tamquam leo in cubili suo : dicens in corde
suo oblitus est deus ; avertit faciem suam
ne videat in finem. Est enim dominus ali
quando torrens, quam crapulatus a vino.
Cum non plus moratur dei patientia ad
inferendum vindicta : plus inebriatur ira.
Et ideo plus centuplum timendum est, cum
longanimiter tollerat mala : quam cum fes
tinanter punit. Permittit enim deus ali
quo tempore cruciari et pati bonos ab iniquis
et superbis ; ut supra dorsum bonorum fabrica
rent peccatores et prolongent iniquitatem
suam : Et ideo quamvis aliquantulum oblivis
catur deus pauperem tamen non in fine obli
viscetur misereri ; quoniam pupillo ipse ad
iutor est. an derelictus est pauper : et superbis
resistit dans humilibus gratiam. Contentit

cogitat.

brachium peccatoris ⁊ maligni: exaudiens
desiderium pauperis: iudicandoque pupillo ⁊
humili: ut nō apponat ultra superb⁹ mag
nificare se homo super t̃ram. De humilitate.
O
ya propter dilectissimi filii mĩ
si pauperes estis humiliam
ini sub potenti manu" quod z
abfit que faciatis. Nichil pa
upertas deo gratiosa est sine humilitate.
Maluit deus de beata maria incarnari
propter humilitatẽ quam propter aliam
quācūque uirtutem. Sicut enim ex sola u̅i
dicẽ superbie radice omnia oriuntur mala.
sic ex sola radice humilitatis generant̃ omnia
bona. Discite a saluatore quia mitis ẽ et
humilis corde. Humiliauit semetip̃m p
nobis factus obediens usque ad mortem.
P
ropt̃ qđ. De obedientia. carissimi
dico uobis ⁊ si humiles esse uul
tis estote obedientes omnī huma
ne creature propter deum diliecte fi
lii karissimi quo censemini uocabulo
Monachus id est unus. Non decet mona

vt nō am
ttatis

chum habere et nolle nisi in peccando sit. Id ē
nobis uelle et nolle hoc unum in omnib⁹ bonis
et rebus licitis obedire. Nec multa sint uo
bis p̄cepta ut faciatis. Non est obediens.
sed negligens: qui secundum expectat mā
datum. Ad unius igitur iussionis uocem
petrus et andreas relictis retib⁹ et omnib⁹
q̄ habebant dominum uestigia sunt secuti.
Hec semper uera optat obedientia numquā
sue obtemperare uoluntati sed reuerenter
aliene. Illud nempe in ultima cena exem
plum xp̄s reliquit cum suorum abluens pe
des discipulorum. Petro dixit quia n̄ obe
diens fieret nō haberet partem secum. Ideo circo di
lectissimi filii sicut nobis unum ē nomen
monachi ita sit unum uelle. Bonū ē enim
et iocundum habitare fratres in unum. De
qualitate omnium monachorum seruanda in cunctis agendis.



Nec sit uobis maior et minor: sed qui
precessor est sit sicut minis
ter. Nec ad regum gentium
instar/ qui maior ē in uobis dominetur ce

tēis fratribus; ut ab eis garrceat super uacan⸌laudib⸍
extolli. Sed ad exemplum regis ihu xpi
maior humilitate effiatur; quā̃ minor
contra uitium per zelum iustitie. Nullum
sit unquā̃ cum uitijs fedus. Sic diligatur
homo ut eius uitium odiatur. Magnū̃
dilectionis signū̃ est hominem inquibus
cumque minimis reprehendere uitijs. Sepe
multum nocet uana humilitas: Nā̃ ua
na humilitas est uitia tacendo pmittere.
Clama ne cesses ẏsayas inquit: quā̃ ⸌tuba⸍ exal
ta uocem tuam: annū̃tia populo meo &
scelera eor. Vt contra uitia omīs clamaret
creatura; quia si peccator deum nō timet:
tamen homines reueretur. Quod aposto
lus nos docens dicit: Irascimini & nolite
peccare sol nō cadit sup iracūdiam uestrā̃
Iustus est dominus & iustitias dilexit; eq
tatē uidit uultus eius; si iust⁹ & uos iusti
estote:~ De prohibita acceptione personarū̃:~



Egligentiam & uana pastor
humilitas effiat ut lupi inꝫ
agnos audere possunt. Non

respiciatis in uultum potentis. Non enim est acceptio personarum apud deum. Ubicumque quod iustum est operamini. Uult uera iusticia unicuique dare quod suum est. Obedire oportet deo et non hominibus. Nonne similitatem tacetis metu potentum: iudicatis apud uos metipsos: et facti estis iudices cogitationum uestrarum. Et non plus uestra habundat iusticia: quam scribarum et phariseorum. Non plus diuitem honeretis quam pauperem: nisi melior sit. Quinymo ut uerius dicam. Multo plus pauperem honoretis. Relucet enim in paupere ymago ihesu christi: in diuitem autem mundi. Omnes nos sumus ex una carnis radice geniti. Omnes inuicem sumus menbra in uno corpore cuius caput est ihesus christus. Quid ergo plus honoris meruerit diues et potens quam pauper? Forte quia diues est et potens. Sed sic hoc quare diuitias in seculo detestamur. Quare mundi gloriam contempnendam predicamus. Neminem certe malorum usu honorandum puto. Si diuitem honoras diuitijs: plus pauperem

deo preponis mundum. Et si plus deo aliquid
in mundo diligis: non es dignus deo. Reddi
te queso que sunt dei deo et que sunt mun
di mundo. Bonitas unquam honoretur malitia
non deturpetur. De periculo divitiarum et potentiarum.

Sed quoniam michi nunc de ho
minibus qui me aduras sine divi
tiis gloriantur: quique in quadam
fetida carnis post mortem ma
nentem reverentie nobilitate: potentia hec digni
tate vana: siquidem: et levi aurium quorun
dam hominum stultorum insufflactione extol
luntur: et aliquos deprimunt contempnendo: et
se ob hoc credunt illam attingere gloriam: que
solis humilibus et mundi contemptoribus
pius dominus preparavit. sermo est quamquam
de eis ut convenit disseramus. Ve ve vobis et
qui ad celorum regna divitiarum itinere festina
tis: quoniam facilius est transire camellus
per foramen acus quam divitem intrare in
regnum celorum. Non mea sunt hec verba sed
^ si est, hec irrevocabilis est sententia. Christus omnino non est
^tens . Celum inquit idem et terra transibunt.

Verba autem mea non transibunt. Ullulate nos o miseri uento instabilis fortune: nobiles et potentes qui alios conuincitis: et tam quam ingnobiles conculcatis. quia huius mundi uanitatibus honorumque et fallax dignitatum fumo obcecati: cum iste uite breuissime tella a morte uelut a texente forte hac nocte succidetur: in inferno fine interminabili pre aliis cruciabimini postrimo momento inuentes. In laboribus hominum. munditi non estis. Imo non solum cum hominibus labores non fertis: Sed et laborantes uiuere non permittitis. Jdcirco non cum hominibus sed cum diabolis flagellabimini. Quanto enim in mundo maior fuerit gloria et leticia: tanto maior erit in inferno preparata pena. Sed quid dicam. duodecim fatemur esse apostolos elegisse: quorum omnium solus Bartolomeus carnis origine fuit nobilis. Et matheus diuitiis antequam apostolatum reciperet insistebat. Ceteri non erant pauperrimi piscatores. Cur hoc retuli audiatis. Si xpistus uerax est: et si omnia que more eius audiui men

modi
datia non sunt. huius mundi hominum uix
unus aptus regno dei reperietur de mille.
Qui uero eorum in ea non credunt post mo
dicum tempus in tormentis positi sentient.
Sed forte quis ueritatis lumine cecus iam
mirabitur; id quem ego si ex hoc me in
terrogaret responderem. Non enim unico
credimus dampnari hominem mortali pec
cato. Sed si hoc inquiet ita est ergo sal
uabitur ex milibus centum. Sed quid di
ues et immortalis fame auri id uano et
rumore pastus aliquid aliud est quam
quoddam peccatorum omnium uas putridum.
ubi superbia? ubi luxuria? ubi auaritia?
Nonne in diuitibus nobilibus et potentibus.
Nonne et latrones sunt qui pauperum mer
cedem uiolenter depredantur: et eos de
primunt atque necantur. Quod ex uber
tate domus domini faciunt. qui ut paupe
ribus necessaria donarent receperunt. Cer
te superfluitatem uestimentorum superflui
tati nimie adiunt: de pauperibus frigore et
nuditate morientibus non curantes. Pala

quomodo

tia ⁊ magna exigunt hedificia ut huma
nis oculis contemplentur; ⁊ pauperes in
plateis moriũtur incomodis. Conuiuia
frequenter aliis preparant diuitibus, ut
ferculis delicatissimis suam uentris re
pleant ingluuiem; quibus pauperes fame
pereunt. Quid aliud ē eorum uita quam
peccata. Si uenter tanta repletus est
ciborum copia: nõne ad fores eius ad est
luxuria. Quid amplius loquar, cũ oĩs
mortalium lingua deficeret, ut que pec
catores faciunt enumeraret. Nec deum ꝫ
ñ somniando cognoscũt, nec se, ut puto
morituros arbitrantur. Non enim facile
in peccata labitur, qui se moriturũ cogitat
⁊ deum sibi fore iudicem nõ ignorat. ꝫ
Vere nimis ē imbecillis ⁊ miser cui horũ
est memoria, si cuncta diabolica tempta
menta nõ facile uilipendit. Id circo uẽ
dicam. Si deum suum iudicem agnos
cerent, ⁊ se mori crederent nõ peccarent,
saltem tam secure. Cur hii miserrimi ad
ecclesias properant ut diuinis intersint

misterijs? an ut mulierum contempletur ulterius?
Hec sua predicatio. Hec sua meditatio et
dei cognitio. Sic diuinam pertractantur
legem ut pecunias terram mareque pera-
grantes crebris uigilijs meditationibus
sibi et filijs suis congregent. Certatim uesti-
menta in societate mira artifitij uarietate
frequenter mutent. Quin et ludos astiludia
choreas prouocationes ebrietates, magna
conuiua delicata fercula suis alternatim 3
exhibeant socialibus / mulieres ad suam uo-
luntatem explendam: sufficienter habeant.
Sed ue miseri quid facitis? an agnoscatis.
Corpus ante tempus destruitis et animam
interficitis. Inde infirmitates et mors tam
intempestiua: non ex nimia aliorum copia ad
frequenti mulierum usu / deum delusisse cre-
ditis? Certe deluditis uosmetipsos / pro cor-
pore obliuiscimini animam et ecce corpus
simul cum anima destruitis ante tempus
Et ideo gaudete iocundamini / letamini
in hoc tam breuissimo temporis spatio quod
habetis ut postmodum cum dyabolis sine

fine tempore lugeatis. Quid facitis non di
feratis frequentissima vestimenta permu
tatis. ne forte una disparet nobilitas.
Nec sint qui vos excedant, ut in inferno
verecundiam recipiatis et confusionem. Ubi
divitie. Ubi delicata fercula. Ubi vina pre
tiosa melle mixta et aromatibus properata
epulemini et inebriemini. Non enim post
mortem amplius facietis: sed cum divite
qui explendide epulabatur in tormentis
gehennalibus guttam aque nimium perop
tabitis nec habere poteritis. Agite sola
tia vestra in luxuriis. Explete voluptates
seminate corruptione divinam sententiam ut colligatis de
quam iustius dabit ille iudex in magno
iudicii die dicens. Ite maledicti in ignem
eternum qui preparatus est diabolo et an
gelis eius. Heu cor lapideum. Si cum ta
lem vel cogitas esse. cur ab huius mundi par
va solatia imminentem sententiam non for
midas: si illum expectas diem tam terri
bilem et crudelem. In quo non solum de luxu
riis vestibus ebrietatibus et comessationibus

ꝗ tpore
:et de toto amisso quo uixisti: sed etiam
de qualibet cogitatione uana/ oporte
bit te domino reddere rationem. Cur
nõ emendaũes? cur moraris de die in diem
miser conuerti ad dñm. Cur te iam malo
rũ nõ penitet? Ecce mors properat ut
te rapiat: die noctuque currens. Ecce iam
diabolus se preparat ut te recipiat. Ec
ce diuitie tue t' deficient. Ecce uermes
corpus quod tanta enutris diligentia
expectant ut illud rodant: quousque ite
rum iunctum anime cum illa pariter pe
nas habeat infinitas. Quid errando p
huius seculi infima uanitatibus petis. sola
tiã/ diuitias/ gl'iam/ ⁊ cetera t' placata ⁊
nõ inuenies hic. Quia hic nõ sunt. Sed
si uera queris gaudia ad illam celestem
gl'iam propera/ ad quam factus es. ibi
certe illa uera sunt gaudia/ que nec ꝫ
oculus uidit/ nec auris audiuit/ nec
in cor hominis ascendit. Dimitte queso
caduca ⁊ momentanea/ ut habere ua
leas eterna ⁊ perpetua. Sed quid de hijs

qui nec dei timore: nec amore: nec mortis
& tormentorum subsequentium terrore a peccati
tis cessant. Si cum volent, si ut optant
parua agere nō possunt, dicam. Ve ue mi
seri qui hic ridetis quia plangetis. Ve qui
ista optatis gaudia temporalia quia uo
bis finitis sustinebitis tormenta inferna
lia. Ecce nobis modicum restat tempus,
implete mensuras malitiarum uestrarum ut
ueniat super uos omnis indignatio diuina.
Expendite hoc tempore paruo in otiis e ioci s
brietatibus prelijs: contemptionibus: choreis
et procationibus; nec uacuum preterire
tempus permittatis. Quid moramini diu
ruitis. Congregate filijs uestris honores
diuitias & potentias: uestram augere &
nobilitatem & famam ut uestri possint fi
lij: que fecistis explere: quatenus cum illis
pariter in inferno ampliora patiamini cru
ciamenta. Sed forte quis dicet. Benig
nus est dominus & misericors qui omnem
peccatorem ad se redeuntem recipit & in
dulget. Verum quidem hoc esse confiteor.

benignior est enim dominus quam credit-
ur unicuique parat ad se ut convertat redeun
ti. Nonne benignissimus est dominus qui tantas
tollerat iniurias peccatoribus. Dans eis tem
poris spatium ut emendentur. Sed hoc nove
ris qualiter est benignus in tollerando.
ita iustus in puniendo. Sed forte quis ite
rum dicet, quod iste qui toto tempore vivit:
male fecit: in articulo mortis acceptam pe
nitentiam a deo veniam obtinebit? Heu quam
vana suspicatio et falsa meditatio. Vix de cen
tum millibus hominum quorum mala vita semper
fuit: unus meretur a deo habere indulgen
tiam. Vir totus in peccatis genitus et enutri
tus qui nec deum novit nec agnovit nec
de eo audire voluit nec se peccasse agnos
cit: nec quid penitentia sit nec forte cognomen
do novit: totus adhuc secularibus innodatus
negotiis: quem angustia premit filiorum
: quos deserit: quem infirmitas constringit: quem
dolor divitiarum et temporalium bonorum sauciat
: cum eis non posse frui amplius se cernit: quam
acceptam a deo accipit penitentiam: quam non

recipiet

acciperet si adhuc se posse sanari crederet. Certe uere excludam. Qui dum sanus est et iuuenis deum offendere non formidat in morte non merebitur diuinam obtinere indulgentiam. Que dilectissimi filii est penitentia quam solum quis accipit: quia se iam uiuere amplius non posse cernit. qui si ex infirmitate conualesceret peior quam prius fieret. Scio non modicos pecuniosos: accepta in mortis periculo penitentia: conualuisse corpore: et peiorasse uita. Hoc teneo. hoc uerum puto, hoc multiplici experientia didici quod ei non bonus est finis cui mala semper fuit uita, qui peccare non timuit sed in mundi uanitatibus semper uixit. Preciosa inquit propheta in conspectu domini mors sanctorum eius et peccatorum pessima mors.

De non imitando opera diuitum.

Et ideo filii predilectissimi accingimini potentia et estote filii potentes. Et nolite horum miserorum diuitum et potentum sequi uestigia: quorum iam tantam ostendi

mus in bellitatem et miseriam esse: quantã
nõ diceret lingua. Nolite tenuem et
formidare potentiam in operando iustitiã.
Qui enim propter iustitiã persecutõnẽ
patitur: beatus est et bene ei erit / et si mo
riatur beatior. Preciosa est nempe in con
spectu domini mors sanctorum eius. Si cu
pis uitam tenere in xp̃o mortem noli ti
mere pro xp̃o. Non enim illa potest susti
nere pro xp̃o. que sunt condigna ad futu
ram gl'iam que reuelabitur, cum appa
rueit gl'ia sua, que sursum est et nõ sup
terram. Non spernet mercedem qui non
laborat. Nõ sufficiat solum xp̃ianum nomen. Si
xp̃ianus es imitare xp̃m / frustra xp̃iani
ille habet nomen: qui diabolum sequit̃
quin ymo xp̃ianus omnino non est sed et
antexp̃o. Iuxta illud beati iohannis euuã
geliste. Audistis quia antixp̃s uenit. Et
Nunc autem antixp̃i multi facti sunt.
Vis ergo regnare cum xp̃o: patiaris cum
xp̃o. Si xp̃m dñm et regem cui nomen
est super omne nomen: oportunt pati et in

trare in gloriam suam quam fiduciam habe-
mus nos intrare sine labore. O quam stul-
ti sumus, et tardi corde ad credendum. Volu-
mus hic gaudere cum seculo et postea reg-
nare cum Christo. Dominus nudus ingredi-
tur et servus superfluitate onustus vestium
auri et gemmarum intrabit. Ille ieiunus iste
crapula et luxuria plenus. Ille in cruce pro
ipso moriens iste lecto delicate dormiens.
Quod non facit dominus servus faciet.
Promittit dominus regnum suum. Zebedei
filiis si in calicem quem bibiturus erat
possent bibere. Sic o fatui filii hominum
non recte iudicantes neque quod verum est
cognoscentes dicentes bonum malum, et ma-
lum bonum. Revertimini ad cor et venien-
tes audite me et narrabo vobis que audi-
vi et cognovi, et patres nostri annuntiave-
runt michi: ne occultetur a filiis hominum.
Adherere deo bonum est et sicut ille ambula-
re, sicut Christus pro nobis animam suam posuit.
Sic et nos si opus est pro veritate que est
ipse deus debemus animam nostram ponere.

Qui animam suam amat in hoc mundo et
perdet eam. xpus pro nobis passus est nob
relinquens exemplum ut sequamur uesti
gia eius. Non se cogitet xpianum qui pro xpo
mori se non inuenit preparatum. Qui enim mi
nistrat sequatur xpm. Dicas homo qui so
lo nomine et uerbis xpianus es fidem quam ha
bes et predicas bonum est sed non opera fides
sine operibus mortua est. Certe dicam. Qui
xpm tantum ore et non opere laudas. ipsum
negas quia si que dicit crederes saltem eum
timeres et de peccatis uerecundares. Et si cre
dis et male facis centuplum puniendus es.
Nonne peccatum quod fit ex certa malitia
infinito peius est peccato quod fit ex ignoran
tia. peccauit angelus peccauit homo. alter
potuit ueniam inuenire et alter non. Qua
re hoc. Ille ex propria malitia et homo sugges
tione diabolica. Sed forte dices. Et ego si
militer suggestione pecco diabolica. Cur deus
patitur me temptari non peccarem si fraus
non foret diabolica. Et quod ego. Quod mi
ser mereris premium si nullum haberes pre

peccauit angelus pec cauit homo. angelus ex propria malitia. homo ex [illegible]

lium. Nonne terrestris miles ad omne se expo
nit periculum ut suo regi placeat. Nec cer
ta ulla potest tibi esse excusatio si te pec
care diabolica dicas suggestione Sicut
et ille quia illa tibi nō ē occasio: que illi u
num solum habuerat preceptum ut de
ligno nō comederet nondum quid foret
diabolica suggestio noverat: nec quantū
peccatum deo displiceret sciebat. Et tu 3
ut dicas nosti et bene credis et tot facis mi
lia peccata. Et quidem concludam. Qui ta
les sunt xp̄m diligunt eum in ore suo et
lingua sua mentiuntur ei. Cor autē eorum
nō est rectum cum eo nec fidem habent i
testamento eius. Sed qui diligit xp̄m si
uerus ē xp̄ianus et specialiter sacerdos et mo
nachus in quo tamquā in speculo reluceat
perfectio nō solum renunciet omnib9 que
possidet. Sed etiam abneget semetipm:
ita ut totus sit mortuus mundo: quia nisi
granum frumenti cadens in terram mortuū
fuerit ipm solum manet. Qui mundi ni
mis negotijs mortuus ē deo. Oportet nāq3

hominem qui capere uult perfectionem
& tenere ita mortuum esse mundo ut tan-
quam mortuus nichil de secularibus rebus
sentiat: ita ut cum apostolo dicat: Nostra
conuersatio est in celis, & iterum uiuo ego
iam non ego uiuit autem in me christus. Jd
circo qui uiuere iustus est uitam hanc
que mors est: non metuat amittere ut
uitam que christus est ualeat conuenire. Eos
qui occidunt corpus non timeant quia
animam non possunt occidere. Hic tribu
lationes que cito labuntur sustineat.
ut gaudia: que sine fine manent habeat.
Hec sola uia est qua itur ad celi patriam.
Certe si alio posset iri tramite in toto &
mendax deus fieret. Non enim uerba
que uobis dico accepi ab homine, neque
per hominem didici, sed per euangelium
suum. Jtaque omnino oportet nos per mul
tas tribulationes acquirere regnum dei.
Errauit nimia qui per delitias & diui-
tias festinat ire. Signum manifeste da-
mnationis est in hoc mundo sua bene &

placita assequi et a mundo diligi. Quos deus diligit: hos sepe corrigit et castigat: Si in mundo gloriari oportet: libenter gloriemini in tribulationibus et aduersitatibus uestris. Promisit enim xpus hoc discipulis suis quos dilexit usque in finem, in signum precipue dilectionis, cum in ultima cena dixit: Amen dico uobis quia plorabitis et flebitis uos, mundus autem gaudebit. Gaudete filii mei predilectissimi cum odit uos mundus. Desiderate ferre contumelias et obprobria ab hominibus quia beati eritis cum maledixerint uobis homines, et persecuti uos fuerint et dixerint omne malum aduersus uos mentientes propter filium hominis. Gaudete tunc et exultate quoniam merces uestra copiosa est in celis. Utinam in uos insurgeret totus iste mundus. Sic odit uos mundus etc. Scitote quod de mundo non estis. quia si de mundo essetis: mundus quod suum esset diligeret.

De promptitudine tolerandi aduersa



Mne gaudium extimate cum multa habetis in seculo obprobria et aduersitates scientes quod fortitudo et patientia ex ipsis oriuntur. patientia autem perfectum opus h̄t. Probantur autē uirtutes in hōīne p paçientiam tamquā aurum per ignē. Sic q̄ hēs habeat uirtutes sine paçientia aurum in uasis fictilib⁹ apportat. In sola dicebat saluator. paçientia ur̄a possidebitis animas ur̄as. fortitudo contra ē patientie. Vir paçiens fortis est animo. Qui paçiēs est fortis ē secure bona sequentis uite sperare potest. Seruator patientiā in mente ea que alii cum temp⁹ postulat aut ires. cum temp⁹ ē exercere moderatione. Est eni patientia uellum quo in huius procellis nauis nr̄a quocūq flante uento secure nauigat nullū timens periculū. Nullum uestrum ad uindictā ul odiū p^xiiii^ contumeliosa uerba cōmoueat. De misericordia erga pauperes.



Estote misericordes sicut et pater uester misericors ē qui pluit

super iustos et iniustos et solem suum oriri
faciat super bonos et malos. Iuditium sine mi
sericordia fiet illi qui nō faciat misericordiã.
Misericordia superexaltat iuditium. Si
nō remiseritis de corde uẽo illis qui offenderũt
nos nec pater uester remittet uobis. frustra
petit misericordiam qui aliis denegat illam.
Sustineatis inquit apostolus. Si quis nos in
seruitutem redigit. si quis in faciem nos cedit
hic mĩa stabilitur meritus. hic mĩa merces et pro
emium ut amicos diligamus in deum et ini
micos propter deum. Seruus ille nequã ac
cepta misericordia con seruo suo denegauit
mĩam et ideo meruit habere seruitutem iusti
tie. Iustitia sine mĩa crudelitas ē et ideo iusti Nota
tie mĩa miscenda est. Lex tota nostra in mise
ricordia est propter peccatum poterat nos
dampnare deus iustitia quos sua saluauit
misericordia. Quapropter qui mĩa nō indiget Nota
xp̄ianus nō est. Impossibile ē hominẽ fore miseri-
cordem et pium et iram nō placare diuinam.
Beati misericordes quia ipsi mĩam consequentur.
Sacerdos et monachus pauper sine miseri Nota

cordia est ut nauis in medio pelagi undiq;
perforata. Vana religio est que caret unā.
Parum prodest esse habitu differens a se
cularib9 et corde uita. Non uestimentis et
ordine solum est quis sacerdos et monach9
sed uita. Heu quid dicam. Sepe ex mag
na habundantia tristicie homo multa
loquitur. Certe mundus undiq; feruet
monachis et sacerdotibus et tamen ita sit
per rarissimi sacerdotes et monachi quod
uix de centum unus repeřiatur bonus.
Nulla certe in mundo tam crudelis bes
tia est quā malus sacerdos uel monac9
Nam corrigi nō patitur, nec ueritatem
umq̄ audire potest. Et ut breuiter di
cam omēs preminet malitia. Sunt
hij tales sacerdotes et monachi solum
habitu et nomine quor uana ē religio.
Religio munda et inmaculata apud
deum et patrem hec est. Visitare pupil
los et uiduas in tribulatione eor, et in
maculatum se custodire ab hoc seculo.
Heu quantum in quibusdam spūalib9

habitu & nomine carent cupiditas. Imo
ut verius dicam. Causam huius spiritua
litatis est avaritia. Qui certe sunt lupi ra
paces in vestimentis ovium. Ubi sacerdos &
monachus cupidus & sine misericordia
ab eodem plusquam a serpente fuge. Sunt
etiam non nulli qui totum suum fructum
extimant ecclesias & monasteria miro mo
do & opere ex pauperum mercede edificare. In
quibus tanta viget cupiditas ut totam et
omnia esse edificare putent. Ibi cor. ibi mens
ibi semper sua cogitatio est ut aliena po
ssint expoliare marsupia. Hos tales salva
tor increpans. Ve vobis inquit qui edifi
catis monumenta prophetarum. Ecce qui mo
nasteria edificant ecclesias miro artificio et
aptant bonum videntur opus facere. Sed
si quidem misericordiam pauperibus faciunt bonum
est. Vis ut opus tuum placeat deo fac ut
de hoc pauperes gaudeant. Quod templum
est carius deo quam homo. Templum dei et
estis vos inquit apostolus. Cum manum pauperi
tribuis cum vino in suis necessitatibus sub

nenis eum errantem ad viam rectam ducas. O quam admirabile et deo gratum templum edificasti. frange esurienti panem tuum: et egenos vagosque induc in domum tuam. cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Nemo se excusans dicat: Non habeo quod pauperi fratri tribuam. Si vestimentum vel aliquod ultra extremam necessitatem possides et pauperi indigenti non subvenis fur es et latro. Simus filii dilectissimi in rebus temporalibus solum dispensatores et non possessores. Si quid superfluum quo alter frater egeat possidemus furamur. Imo peius quam qui furatur ex inopia et necessitate. Iste tantum ultra necessitatem retinet: quo centum viverent qui fame pereunt. Ille unum furtum facit iste tot quot non donat pacientibus pauperibus necessitatem. Dices forte et miser meum est: nam hoc mei dimiserunt parentes. Sed si hoc tui dimiserunt parentes: quoniam tibi potuerunt dimittere. quod suum non erat. At se suum erat iniquos. Quis dedit eis. Quid in mundum venientes apportaverunt. Quid recedentes secum ferunt. Certe

que pauperum possidemus in die iudicii corã
oculis diuine iustitie iniudicatum exclamabit.
Qui habet aures audiendi audiat. Qui in
nõ uult credere. heu quã grauiter sentiet cũ
diuitie sue transierint in egestatem. Lex ȝ
naturalis hoc precipit ut quod ab aliis de
sideramus aliis faciamus. Quid aliud lex
ueteris predicat. ac euangelia percontare un
dique. quid aliud insinuant. Uere coram deo
in die erunt testimonia. Quid ergo dicã
hiis qui solum lapides congregant muros e
rigunt in altitudinẽ. Quorum ẽ cor et cogita
tio ut humanis oculis opus appareat. Lau
detur hedificium et totam hic suam arbi
trantur iustitiam. Sunt etiam aliqui qui
de rapinis et pauperũ sudore oblationes et
uictimas deo offerunt. Tales oblationes
ante diuinam clementiam nõ parũ sunt ab
hominabiles. Quis tam insipiens esset ȝ
ut non intelligat quod talia hedificia non
cedunt ad gloriam dei. sed ad mundi pom
pam. Sed si quis diceret quid dicis. Nõ
est bonum hedificare monasteria. ut in eo ho

noretur deus. Ad quod ego, domini ē. dum
modo pauperes violentiam nō sint passi nec
interpellent deum contra nos. Quomodo
possum edificare domum deo placitam vl
sanctis eius ex illis pecunijs de quibus et
pauperes plorant. Qualis iusticia potest
esse numerare mortuos et explorare inuen
tes et de indigentia pauperum offerre deo.
Certe si hec deo placeret iusticia foret socius
violentie et si hanc a nobis vellet oblationē
consensus fieret impeccatis. Et si deo displicet
potest placere sanctis. De depositione omniū



q [Q]ua de re fili dilec | uitiorum
tissimi deponentes omnem
malitiam omne dolum. si
mulationes inuidias et
omnes detractiones sicuti modo geniti infā
tes rationabiles sine dolo lac concupiscite
ut ineo crescatis in salutem si tamen gus
tatis quia et iustus et dulcis ē dominus.
Vere si nō eritis sicut paruuli nō intrabi
tis in regnum celorum. Paruulus videns
pulchram mulierē non delectatur; pretio

sam uestem intuens non desiderat in iracun
dia nō perseuerat. Lesus non recordatur nō
odit patrem sequitur matrem nō deserit
Et ideo nullus se regnum celorum cogitet
attingere. nisi hanc paruuli innocentiā et sim
plicitatem imitari studeat. id est castitatem ha
bere mundum spernere fratrem diligere et
et in gremio matris ecclesie semper incumbere.
Exuite uos dilectissimi ueterem hominem
et induite uos et armaturam curam dei. ut po
ssitis stare aduersus insidias diaboli. Di
abolus nichil in mundo possidet. Expoliati
ergo mundanis rebus momentaneis et caduco
uelud umbra cum mundo pugnetis. Qui
oneratus uestibus cum nudo aliquo lucta
tur citius ad terram deicitur. quia unde tenea
tur habet. Vis firmiter cum diabulo dimicare
uestimenta proice ne succumbas. Terrena
omnia quedam corporis indumenta. Qui plus
possidet citius uincetur. arma uestra pugna
turis sunt. Karitas. Patientia. Humilitas et
Castitas. hec sunt arma aduersus uersutias
diaboli quibus si muniti fueritis. accingetis for

Nō.

pugnat

titudine lumbos uestros et roborastis brachiū
uestrum. Fortitudo et decor indumentū uestrum
erit. Et cum eritis in periculo. ridebitis nō timebitis
a frigoribus nimis. Et bene fundata erit domus
uestra supra firmam petram que ē xp̄us.

De luxuria



Telis diaboli luxuria. heu quot
illa interficit complexa. Nō est
aliud peccatum quo totiens et
diabolus uictor exstat. fugite
luxuriam. Nam sicut uirginitas angelis homi
nem equat. ymo plus cum angelum faciat ita
luxuria hominē plus q̄ bestificat. et ut ita dicā
multo peius bestia eum effiat. De nullo alio
legitur peccato deum dixisse se penitere fecisse et
hominē. Hec huiusmōi facit opera. Corpus de
bilitat et quasi semper cum morte destruit. fa
mam denigrat. marsupia euacuat. furta mitt
tit. homicidia causat. memoriam ebetat. cor et
aufert. oculos utriusq̄ hominis cecat et pro
cessis iram dei prouocat. ex radice gulle orit̄
pro nullo alio reatu. tam manifestā iustitiam
exeruit deus sine ira quā pro isto. Pro
pter hoc namq̄ legitur peccatum. deū iniurio

mouisse diluuium. Sodomam et gomoram et combussisse et multos alios homines interimisse. Hoc est recte diaboli siquis hoc capitur non cito soluitur. In isto tam graui prelio et nemo potest uincere nisi fugiat. Nemo potest firmiter perdurare nisi carnem domet. Qui uino utitur ignem portat in gremio. Nolite inquit apostolus inebriari uino in quo est luxuria. Hoc prelium non sustinetur nisi abstinentia et ieiunio. Vinum nocet. sed centuplo multis mulierum. Mulier diaboli sagitta est. qua in luxuriam homo cito trahitur. Nullus in hoc confidat uiuens. Si sanctus es tamen securus non es. Mulier uiri preciosam animam capit. Numquam abscondere potest homo ignem in sinu suo. ut uestimenta eius non ardeant. Aut ambulare super prunas ut non comburantur plante eius. Homo et mulier ignis et palea. et Diabolus umquam insufflare cessat ut accendatur. huius prelii numquam fiet uictor nisi fugiens. Numquam uno cum muliere sint longa colloquia. Sola in simul loqui faciat necessitas. Vir mulieris cuncta spernat munuscula et

blandula uerba si non uult licentie capi laqueis. Tanta sit inter uirum & mulierem raritas ut alter alterius nomen nesciat. Plurimi iam sanctissimi ceciderunt hoc uitio propter suam securitatem. Timeatis filij si in alijs peccatis timendum est i isto multo plus. Sed uere dicam. Hodie sub spualitatis nomine nouum fit fornicationis genus aplinibus. heu quo profferam. Hodie nō uerecundantur homines quinymo gliantur cum male fecerunt. Aliqualiter in mulieribus uiget uerecundia / quāquam parua. Sed in hominib9 ita hec creuit malitia ut ille putetur insipiens qui huius doctus nō ē. Quid plura. Hec sua est festiuitas. hec oīs predicatio. Ob hoc frequentant ecclās ut mulieres uideant & earū utantur colloquijs. quatenus inde licentie amplius crescat appetitus. Sed quid uir miser glians in malitia ista forte quia potens es iniquitate. Centuplo peccas quā mulier. Mulier mobilis aer. et tu fortem te existimas. Illa in domo sedet, & tu uagando mille modis ca

l. q° s. r mulier

nsa illaqueas: et aliquando eam cogis ut
in faciat. hec cum facis quia deus tacet ut
cogitas quod sit tibi similis. Sed veniet
tempus quo arguet te et statuet contra fa
ciem tuam. Unde filii estote prudentes sicut
serpentes et simplices sicut columbe. et pug
nate viriliter cum antiquo serpente. Sint lum
bi vestri precincti et lucerne ardentes in manib(us)
vestris. Et tunc viriliter agite, et confortetur
cor vestrum. quoniam qui debellabant nos
timebunt et in deo faciétis virtutem et ipse ad
nichilum deducet tribulantes nos. De dilectio
ne seu karitate.

Predilecti fi
lii mei diligite vos invicem.
Non enim accepi hoc ab homi
ne. sed a salvatore. hoc inquit
est preceptum meum ut diligatis invi
cem. In sola enim dilectione omnium virtutum
bona consistunt. Sicut ex una radice multi e
xeunt ramuli. Sic ex caritate omnes generantur
virtutes. Si linguis hominum inquit apostolus
loquar et angelorum. si omnem habuero prophe
tiam et noverim misteria omnia, et omnem scien

tiam. et si habuero omnem fidem ita ut mon
tes transferam caritatem autem non habeam ni
chil sum. Qui ueram caritatem habet beni
gnus est et patiens. Ille ueram caritatem habet
qui non tantum proximos diligit per affectum
cognationis et carnis sicut ethnici et publi
cani faciunt. sed qui ita diligit inimicum sicut
amicum. In hoc modo potest homo cognoscere
si manet in caritate si ipse ab eo diligitur qui ei
aduersatur. Certe hoc quam plurimum adm
maduertendum est. Sunt quam plurimi qui
diligunt. sed male. In tantum enim aliquem
diligunt quod dilectionem dei perdunt. Qui
aliquid super deum diligunt deo non sunt dig
ni. In cunctis uirtutibus requiritur temperantia.
Virtus semper uult medium. Minus diligere
malum est. Nimis diligere malum est. Sed ut
iux exit diligere bonum est. Omnis dilectio
que nobis nocet inordinata est; propter inanem
dilectionem. Aliqui in luxuriam ceciderunt.
aliqui in inuidiam deuenerunt. Multi ora
tiones et dei obsequia dimiserunt. Hoc quip
pe agit superfluus amor ut quod diligit

semp uidere

semper vivere velit. Nimius ē stultus amor ꝫ
ignorat siquidem et iustitiam et veritatem ra
tione caret modum nescit, neq; aliud cogita
re potest quam quod diligit. Amor iste non
accipit de impossibilitate solatium, neq; de diffi
cultate remedium. Impossibile ē hominē qui ta
lem hēt amorem deo posse acceptabiles orōnes
facere. Sic amor nō ē caritas. sed ē stultitia. O
mnes nostros debemus diligē frēs sicut nos
metipsos ita quod vitia nō diligantur. Pu
nire malum caritas ē. plus meliorem diligere
iustum est. Sic diligendi sunt homines ut bo
nitas exaltetur et vitium detestetur. Vera ca
ritas exigit ut deum diligamus ex toto cor
de et ex tota mente et ex totis visceribus nrīs et
ita singulariter quod cum deo nihil aliud di
ligamus et proximū nrīm sicut nos. In duob⁹
his mandatis tota pendet lex et prophete. Qui
sine caritate ē. sine deo ē. quia deus caritas est
et caritas est deus. Qui manet in caritate in
celo iam cepit ~~intrare~~ et habitare. In celo est
una caritas omnium beatorum. Ubi caritas vera ē.
ibi nulla invidia ē ibi ambitio nulla cognos

atur nec murmur nec detractio nec dersio. Sed est omnibus una et eadem uoluntas. h Satote fres quia si nō habetis caritatem perfectam sub potestate dyabolica estis nec ultra deus uobiscum hitat. Et qui sine deo est in inferno est. Jo adeo predilectissimi filii mei hortor uos dum tempus habetis ne in uanum dei grām recipiatis. Gratia dei omnibus data est per mortem filii eius. Cū isto tempore breuissimo uiuimus dec seminemus. quia postmodum suo tempore metemus. Breues dies hominis sunt. Precipitur uelut atterente uita nrā. Tamquam fur mors uenit. Cum mortuus fuerit homo nō simul descendet cum ipō glia domus eius diuites in bonis quamuis immunis ducunt dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Opera cuiuslibet sequuntur illum. Peregrāium est ut hominis cuius mala semper fuit uita bonū sit mors. Siue bonum. Siue malum tempore isto fecimus. Illud idem post finem mortis inueniemus. Non expectetis qr

tempus illud acceptabile est. dum lucem
habetis non ambuletis in tenebris. Qui
ambulat in tenebris nescit quo uadat.
lux uera xp̄s ē qui lucet in tenebris. et
illuminat omnē hominē uenientē in
hunc mundum. Et ergo filii lucis sitis.
et tenebre uos nō comprehendant. ad
xp̄m accedentes lapidem uiuum ab ho
minibus reprobatum a deo autē electū
⁊ ipsi tamquā lapides uiui super hedifi
camini ⁊ in omnibus exhibeatis uos met
ipsos tanquā eius ministros in multa
patientia in tribulationib9 in necessita
tibus in angustiis in plagis in carceri
bus in seditionib9 in laborib9 in uigiliis
in ieiuniis in castitate in scientia in lō
ganimitate in suauitate in spū sancto
in caritate nō ficta in uerbo ūitatis et
uirtute dei. De mendatio



on sit inter uos mendatiū
omnis uir mendax abhomi
nabilis est deo. Est namq;
deus ueritas ⁊ ūitati obstat

mendatium. Omne fugiatis uerbum occiosū
De quolibet enim uerbo occioso et uano redde
mus rationem deo. De silentio

Silentia diligite. ubi ē multi lo
quium ibi frequenter ē menda
tium. Ibi mendatium ibi pec
catum. Sermo indicat qualis
ē homo. In ore sacerdotis uel monachi raro et
uel numquā sit uerbum in quo nō sonet xpi
nomen. Sepe diuinam inminet legem. Et
enim qui in lege domini meditatur die ac
nocte non abiens in consilio impiorū neqȝ in
uia peccatorum ērit tamquam lignū plan
tatum secus decursus aquarū cuius folia nō
decident. sed dabit fructum suum in tempore
suo et omnia quecumqȝ fecerit semper prospera
buntur. De mala societate uitanda

Certe nil tam nocet homini quā
mala societas. Talis enim effia
tur homo qualium societate fru
itur. Numquid cum agno lu
pus habitat. Vir castus certe luxuriosi soci
etatem fugit plusquā impossibile puto uiuū

diuitus in bonis permanere operibus qui ma
lorum assidua conuersatione utitur. Cum sancto
psalmista inquit. sanctus eris et cum electo e
lectus eris et cum peruerso peruerteris. Sicut
namque mala nocet. Conuersatio ita prodest bona
Nil prodest huic comparanda thesauro. Qui bo
nam inuenit societatem. uitam inuenit. di
uitiis affluit. Certe uere dicam per eam ho
homus uel malus efficiatur. non ob societatis
causam puerorum puerum cor tamquam tabula in qua
nichil pictum est fore dicatur. Illud ergo quod
quis a societate recipit usque ad senectam retinet
siue bonum siue malum. Raro cum iuuene
iuuenis habitet. Nam ignis si apponatur
igni calorem non extinguit sed enutrit.
Semper uir quem delectat sapientia se maiori
etate et sapientia sotius exultat. Alioquin
si sibi simili societur assidua societate de stul
titia in stultitiam dilabetur. De iuramento
prohibendo.



Ante omnia autem
filii mei. nolite iurare omnino ne
que per celum neque per terram. ne
que per aliud quodcumque iuramentum

tum. Sit autem sermo uester est est non non.
Cuius ore frequens sonat iuramentum in ipso
homine parua est dei cognitio et dilectio. Si
non est quod iurum deum esse nego precep
tum enim dei prohibet. Non assumatis et
nomen dei in uanum. De oratione
Orationibus instate continue
multum ualet frequens oratio
et deuota. Oratio hominem
alta sublevat ad celestia ue
hit. et facit hominem cum deo loqui et gratias
ab eodem obtinet. dum modo sit deuota et
mixta lacrimis. Multum ualet oratio fre
quens aspersa lacrimis ad promerendam di
uinam clementiam. Ad exauditionis be
neficium obtinuit Ezechias statim gratias
a domino suis lacrimis et orationibus ut muta
ret sententiam quam ipse dixerat. Liberauit
deus susannam a iudicio dire mortis propter
orationem et lacrimas. Orationibus helie celum
dedit pluuiam quod clausum fuerat tribus
annis et sex mensibus. Si quid egetis. peta
tis a domino orationibus et lacrimis in fide nichil

dubitantes. Qui fidem enim ueram habet ut granum sinapis quicquid petierit fiet ei. Ille idem dominus est diues in omnibus qui tunc erat. Et nunc spes nostra et gaudium nostrum cogitatio nostra et omne delicerium nostrum sit semper deus quoniam ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia in quo uiuimus per quem mouemur et sumus sine quo penitus nichil sumus. De exhortatione fratrum in hora mortis.

Iam filii mei non multa loquar uobiscum. Venit enim hora ad quam natus sum hac conditione huc ueni ut exirem. Numquam natus fuissem si mori non debuissem. Quo tempore non pepercit deus filio suo sed pro omnibus nobis fecit ipsum mori metuas stipite per cuius mortem mors nostra mortua est. Nemo enim nostrum sibi uiuit sed nec moritur. Siue enim uiuimus siue morimur domino morimur siue ergo uiuimus siue morimur domini sumus. In hoc uocatur christus dominus uiuorum et mortuorum. Si enim christus mortuus est. Certe non est seruus maior domino suo.

Jd ergo et nos moriemur. Si enim resurrex
habemus spem firmissimā quod et nos re
surgemus. Et si xᵉ surrexit ut amplius nō
moritur certe et nos post resurrectionem
nostram numquam moriemur sed semper cum
xp̄o in glia stabimus. Cum enim mortuus
fuerit xᵉ uetus homo noster simul mortuus ē
ut destrueretur corpus peccati ut fieremus
unum corpus cum illo. Jd ergo si resurrex
erit xᵉ etiam resurgemus cū illo quia su
mus menbra eius. Si autē et xᵉ nō plus
morietur nec nos similiter. Quo quidem fi
li mei dilectissimi si nunc morior. credo quod
redemptor meus uiuit et in nouissimo
die de terra surrecturus sum. et rursum circū
dabor hac pelle mea et in ista propria carne
mea uidebo ipsum saluatorem meum quem
uisurus sum ego ipse qui nunc loquor quē
hic nunc cernitis morientem et nō certe a
lius loco mei et isti propter occuli mei quibus
nos uideo aspecturi sunt. Vnde dilectissimi
filii mei uidete quomodo caute ambuletis
nō quasi insipientes sed ut sapientes et nol

hic secundum carnem ambulare quia si se
cundum carnem ambulabitis moriemini. Si
autem spiritu ambulantes facta carnis mortifica
tione nunc mecum exultate. cantate et psalli
te abiicite uestimenta luctus et tristitie. spar
gite cinerem de capite. iubilate deo. et psal
mum dicite nomini eius. date gloriam lau
di eius. quoniam huc usque transiui per ignem
et aquam et ecce nunc moneor in refrigerium.
introibo in domum domini. ut reddam uota
mea de die in diem. O quam lucrum est michi
mori. quoniam uiuere meum deinceps christus erit.
Ecce terrestris domus huius habitationis iam
dissoluitur ut alia succedat non manu facta
habitatio eterna in celis. Ecce quod mortale
uestimentum exuor ut terrenum moriar huc
huc usque peregrinatus sum. Nunc redeo ad pa u
triam. Ecce brauium capio pro quo in agone
certaui. Ecce portum attingo quem tanto
desideraui desiderio. Ecce de tenebris ad lucem
de periculis ad securitatem de inopia ad diui
tias. de prelio ad uictoriam. de tristitia ad ga
udium. de seruitute ad dominium. de temporalia

ad perpetuum. te factore ad odorem suauissi
mum uehor hic cecus sum / et illuminor hic
undique uulneratus et sanor hic semper con
tristatus sum et ecce iam letificor / hic uiuens
et iam uere uiuificor. De miseria huius mundi.

O vita mundi / non uita sed mors
uita fallax uita onusta tristi
tiis inuallis et umbratica.
vita mendax nunc flores et
statim arescis. vita peruans. uita times. vi
ta fragilis uita momentanea et caduca / que
quanto magis crescis tanto magis decres
cis cum plus procedis plus ad mortem
propinquas O uita plena laqueis quot in
mundo homines illaqueas quot per te
iam sustinent tormenta infernalia. Quam
beatus qui tuas agnoscit fallatias. Quam
beatus qui de tuis non curat uanis blandi
ciis. Quam beatissimus qui te bene priuatus
est / melior est negotiatio eius argento et au
ro primi et purissimi fructus eius O mors
dulcis et iocunda. Nam certe est mors que
uitam ueram largiris que fugas febres

et uulnera famem extinguis et sitim. O mors iustissima pia bonis et aspera malis. humilias superbum diuitem et potentem et exaltas humilem. Per te pauperes satiantur. cum 3 aurum proicis. Tu malis das supplitium et iustis eternum premium. Eya boni milites ẋ confidatis in domino et in potentia uirtutis eius. Nolite timere consequimini a domino misericordiam si sperabitis in eum. Est enim ipse pius et misericors et nullum derelinquit sperantium in se. Quis confisus est in domino et derelictus est. Si autem nunc uos derelinquo: dominus non ne uos recipiet. Ipse enim uobis legem constituit. in uia sua diriget uos in semitam rectam et non tradet uos in animam persequentium uos. Viriliter ergo agite et confortetur cor uestrum et sustinete dominum. Est enim dominus in celo pius et misericors qui suos nullo modo desinit iuuare famulos. Non turbetur cor uestrum neque formidet. sperate in domino et effundite coram illo corda uestra quia ipse erit adiutor uester. Si enim alterō nunc iterum me uidebitis et gaudebimus insimul

quia non modicum post hos dies quos ego
vado et vos poteritis venire et ubi ego ero.
vos eritis in gaudio quod nemo tollet
a vobis. Mementote filii karissimi quo
modo post mortem moysi. deus elegit
iosue ducem et protectorem populo suo.
Et elevato helya per turbinem in curru
igneo in celum fecit heliseum in populo e
sse prophetam in quo requievit spiritus he
lye. Numquid nunc exinanita est manus
domini. An oblitus est deus misereri. aut con
tinebit in ira misericordiam suam. dominus erit
pars hereditatis vestre et calias vestri et ipse
restituet vobis hereditatem vestram. Suscita
bit namque ex vobis alium pastorem cui et
dabit verbum evangelizandi et ille ingre
dietur sine macula et operabitur iustitiam.
Et rogo deum meum qui condidit et redemit
me secundum voluntatem suam ut si quis
ex me fuit spiritus ad obediendum preceptis suis
quod in illo quem mittet vobis paraclito et
pastore fiat duplex. En eusebium filium me
um predilectissimum habebitis vobiscum. et

ipm tamquam me audietis. Ipse enim erit
uobis in patrem. et uos tamquam filii obedi
entes in caritate cum humilitate et mansue
tudine et cum omni patientia. Si quid fuerit
in uobis necessitatis referetis ad eum. Ob
secro uos ut solliciti sitis seruare unitatem
spiritus in uinculo pacis. Unum corpus et unus
spiritus sitis sicut uocati estis in una spe uoca
tionis uestre. Unus est deus et pater omnium
[illegible] cum soli in una simul uiuentes frater
nitatem placere cupiatis et eius estote imita
tores sicut filii karissimi. Et ambulate in di
lectione sicut et ipse dilexit nos et tradidit semet
ipm pro nobis ut nos redimeret et faceret
nos sibi acceptabiles bonorum operum. Unicuique
uestrum det ipse gratiam secundum mensuram
donationis xpi sue. Det uobis de rore sancti
spiritus abunde ut habeatis cor ad colendum
eum. Aperiat cor uestrum in lege sua et in
preceptis suis ut cognoscatis eum et facia
tis eius uoluntatem ut uos numquam deserat.
Tu autem fili mi eusebi consurge consurge
induere fortitudinem. Semper subditus esto

domino. nec emuleris eum ut nequiter facias
Salus tua deus in sempiternum erit: et iu
sticia nō deficiat: et immelior sis omnib9. Leua
in celum oculos tuos. Lex dei semper sit in
corde tuo. Noli timere obprobrium hominū
et blasphemias eorū ne metuas sed sperabis
in domino. Assumes fortitudinē et uement
t penne. ut aquile et uolabis et nō deficies. In
uersa legis domini secreta secure loqueris
omnib9. Ne timeas afacie eorū hominū qr cū
illis semper ē dominus cū quib9 ē ueritas. descendetque cum illis in foueam et iuinculis
nō derelinquet eos. sed a seductorib9 tutat
illos et ē illis adiutor et protector in tempore tribu
lationis. Certe nō facile timet mortem hāc
primo ut plus dicam odit hanc uitā qui se
bene agere cernit. Ecce cōstituo te super socie
tatem istam ut euellas et destruas dissipes
et disperdas hedifices et plantes. Oportet
te enim esse inreprehensibilem. Male potest
aliquis corrigere an post quem corrigit di
cere et tu similiter facias. Tibi ad modo erit
maior labor sed maius premium. Esto so

brius prudens et pudicus hospitalis et doctor. Nemini violentiam facito sed oēs equaliter dilige et tanto plus quanto me lior est nō sis persequtor sed modestus nō litigiosus nec cupidus. Tu enim pre dica oportune verbum dei. Omnis scriptura est divinitus inspirata utilis ad docen dum. Acquire verba que predices oratio nibus. Valet enim huius modi predica tio et doctrina ad illuminandum ad argu endum ad corripiendum et ad erudien dum in iustitia ut perfectus sit audiēs et in omni bono opere instructus. Est enim ihus xps in celo sedens ad dexteram vir tutis dei elevans misteria et docens ho minem scientiā. In omnibus fili dilectissime te ipm prebe exemplum bonorū operum in omni sanctitate et bonitate. Nam capi te paciente totum debilitatur corpus. Ut ergo breviter te doceam facies omnia bo na si timueris deum. Patri meo reve rendissimo damaso portuensi epō scri bens facies mei memoriam ut habeat me

in orationibus suis. Nec corrumpi dimit-
tat qui tanto labore steterunt ab omnibus ini-
quis et dolosis a quibus sepe expugnatus
sum a iuventute mea. Ecclesiam prudenter
custodiat: sciens quoniam mali exigent
se aliaqueantes animas simplicium quos
conatus sum ducere in vitam rectam in
suo ore loquentes et gladium habentes in
labiis suis. quin obmutui et silui a bonis et
protectus sum in monumento tormens.
Spero enim in domino quia benignus est
et non relinquet fideles suos. Gaudium nam
quod habeo et consolationem presumens de mi-
sericordia domini. Quod meum mirabilem
et multe scientie et bonitatis. Augustinum
hipponensem episcopum omni perfectione et veri-
tate recommendatum post me relinquo propter
[illegible] multitudinem [illegible] habeo membro-
rum sustentandum [illegible] pestifera. Quin de vobis [illegible]
hoc ipsum rogatum sit tamquam fidelis pug-
net miles, ne [illegible] quod absit. mala ge-
ti nostre. Theodoro senatori et omnibus meis
fratribus me recommendes.

